Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секця III.

AUDIENTIAE SANCTISSIMI

DE REBUS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

(1650-1850)

VOL. I: 1658-1779

COLLEGIT, ADNOTAVIT, PARAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1963
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT 8 (PIAZZA S. PRISCA)

CARDINALI ISIDORO METROPOLITAE KIOVIENSI IN MEMORIAM

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Sectio III:

DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

DOCUMENTA PONTIFICUM ROMANORUM

AUDIENTIAE SANCTISSIMI DE REBUS ECCLESIAE UNITAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. 1658-1779

ISIDORO METROPOLITAE KIOVIENSI ET S. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI QUINTO AB OBITU SAECULO REVOLUTO DICATUM

ROMAE

Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секця III.

AUDIENTIAE SANCTISSIMI

DE REBUS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

(1650-1850)

VOL. I: 1658-1779

COLLEGIT, ADNOTAVIT, PARAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1963
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT 8 (PIAZZA S. PRISCA)

CARDINALI ISIDORO METROPOLITAE KIOVIENSI IN MEMORIAM

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 13.XII.1963.

P. PAULUS P. MYSKIW, OSBM
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 17.XII.1963.

✠ ALOYSIUS Card. Provicarius

SCUOLA GRAFICA SALESIANA PIO XI - ROMA - T. 780.328 (1964)

ISIDORO

METROPOLITAE . KIOVIENSI . S . R . ECCLESIAE . CARDINALI

QUINTO . AB . OBITU . SAECULO . REVOLUTO

ORDO . BASILIANORUM . SANCTI . JOSAPHAT

IN

GRATAM . MEMORIAM

DICAT

PRAEFATIO

Novum volumen Documentorum Pontificum Romanorum *Lectori praesentamus: Documenta in Audientiis apud Summum Pontificem exhibita et considerata de rebus quae Summi Pastoris decisionem requirebant. De plurimis negotiis quae hisce paginis exhibentur Lectori constat iam ex documentis Dicasteriorum Romanorum. Ibi uti consilia; hic ut dispositiones ex voluntate Summi Pontificis. Proinde seriem hanc separatis voluminibus colligere opportunum duximus, quia vitam ecclesiasticam et spiritualem in terris Ucrainae et Bielarusjae, simul cum aliis seriebus, illustrare valent.*

Dum praesentem seriem parabamus, annus anniversarius Isidori, S. Romanae Ecclesiae Cardinalis et Kioviensis Metropolitae, volvebatur, saeculo nempe quinto ab eius obitu revoluto (1463-1963). Optimo proinde huic Curiae Romanae Principi et plurimorum Pontificum Romanorum Consiliario, de rebus praesertim orientalibus, volumen hoc Ordo Basilianorum S.ti Josaphat, cuius ille fuit in partibus Graecorum eximius sodalis, dicare statuit ut eius perennem memoriam honoraret. Ille enim fuit in terris, de quibus praesentia tractant documenta, Supremus Antistes, qui optime vitae ecclesiasticae et spirituali consuluit et illam apparavit ecclesiasticam unionem cum Sede B. Petri, cuius Ordo noster fuit per plura saecula Promotor, ducibus Hieromartyre Josaphat et Josepho Velamin Rutskyj, « Unionis Atlante », qui in sede metropolitana Kioviensi ei digne successit. Et missionem hanc, a Patribus acceptam, exsequendo, iustum et dignum ut Ordo Basilianorum eorum coleret memoriam et disceret exempla.

Sit proinde modestus hic liber eximii illius Antistis encomium et grata recordatio.

Romae, die 18 octobris 1963.

P. Athanasius G. Welykyj, OBSM

INTRODUCTIO

Praesens volumen, primum « *Audientiarum SS.mi* » de rebus Ucrainae et Bielarusjae inter *Documenta Pontificum Romanorum* positum est, qui in audientiis cum Praelatis romanis negotia directe et definitive solvebant, quibus Dicasteria Romana providere non valebant.

Audientiae apud SS.mum per plurimos Praelatos Romanae Curiae habebantur, et vix possibile est ea omnia nunc colligere. Ex hisce seriem quasi ininterruptam Audientiae Praefecti vel Secretarii S. Congr. de Prop. Fide constituunt, quippe huic Dicasterio res Ecclesiae Unitae in terris Ucrainae et Bielarusjae commissae fuerunt. Hanc praeprimis hic praesentamus, quia sumus persuasi haec documenta historiam Ucrainae illustrare posse.

Series initium habet inde ab anno 1658; sed iam antea hic modus agendi in usu erat, et singula responsa hic inde sparsa inveniuntur. Inde ab anno 1658 dantur peculiaria volumina in Archivo S. C. de Prop. Fide, in quibus haec omnia colliguntur.

Prout unicuique patebit ex ipsa visione praesentis voluminis, non semper Audientiae eadem frequentia veniunt, quia sub diversis Pontificatibus Sacra Congregatio de Prop. Fide variis gaudebat facultatibus, sibi a Summis Pontificibus tributis, nec proinde recursus requirebantur summae auctoritatis.

Quod spectat annos 1658-59 modo liberaliori processi sumus et praeter Audientias etiam documenta alligata adiunximus, ob momentum negotiorum quae tractabantur. Erant enim tempora difficilissima et de ipso esse Unionis res agebatur. Postea vero, cum de negotiis minoris momenti sermo sit, et ut plurimum de gratiis agitur concedendis, limites rigidiores nobis imposuimus, ne mole documentorum Lector obrueretur.

Nostram methodum sequendo, documenta ex integro proponuntur, etsi repetitiones formales obveniunt. Et hoc fit propter debitam reverentiam erga Summum Pastorem et propter commoda studiosorum, ne recurrere cogantur ad alios fontes et ad alia documenta et in dubiis haereant.

Sequimur methodum chronologicam, prout alibi, nec non eundem modum praesentationis, prout nostris Lectoribus iam suetum est. Item in nomi nibus transcribendis eaedem difficultates occurrunt, prout conicere fas est ex ipsa rei natura, cum de nominibus slavicis litteris latinis transcribendis

agatur. Cum tamen scopos philologicos prae oculis in nostra editione nunquam habuimus, neque hic haesitare potuimus nec necessarium erat, ut profundius indagemus. De rebus et de negotiis sermo est. Relata proinde referimus. His habitis et cognitis, rerum orientalium studiosis res omnino facilis erit ad nomina pertingere personarum, de quibus agitur.

Sub finem voluminis *Indices nominum et rerum* nec non variarum personarum, quae actores sunt historicorum eventuum, commoditatis gratia, alligavimus. De quibusdam rebus vel circumstantiis nec non personis, quaedam in adnotationibus subiungutur. Et hoc sufficit.

His notatis per modum explicationis vel introductionis, iam in ipsas medias res gressus facere possumus, ex quibus tum humana insufficientia clare apparet, tum divina clementia, tum denique Sedis Romanae benevolentia et de bono animarum Pontificum Romanorum cura et sollicitudo.

ISIDORUS - METROPOLITA KIOVIENSIS, S. R. ECCLESIAE CARDINALIS

NOTAE BIOGRAPHICAE

Cardinalis Isidorus, vulgo « Ruthenus », Metropolita Kioviensis, natalem diem habuit in Mesembria (Morea) inter annum 1380-1390.

Post studiorum curriculum peractum Constantinopoli, vitam monasticam amplexus est in Monembasia, officiis liturgicis et scriptoriis deditus. Communitati monasticae S. Demetrii Constantinopoli per non paucos annos praesidebat.

Cum iam tunc ex operibus eius clare apparuisset ardens desiderium unionis ecclesiasticae inter Orientem et Occidentem, anno 1433 ab Imperatore Joanne VIII Palaeologo et Patriarcha Josepho II legatio ei concredita fuit ad Concilium Basileense, ut viam sterneret ecclesiasticae reconciliationi, quae Constantinopolitanae civitati undique a turcis oppressae sublevamen quoddam procurare valeret.

Legatione bene functa, anno 1436 Isidorus, ob eandem propensionem ad ecclesiasticam unitatem, nominatus fuit Metropolita Kioviensis, illius amplissimae ecclesiasticae provinciae, quae in Ucraina, Bielarusja, Moscovia, Polonia et Lithuania extendebatur. Nominatio haec evenit contra candidatum Moscoviae - Jonam, qui ab unione cogitanda longe exsulabat. In propriam provinciam ingressus, non mirandum est, si recte Moscoviam peteret, an. 1437, ut Basilio, principi Moscoviae, persuaderet participationem in Concilio Ferraro-Florentino, simul cum legatione imperiali constantinopolitana.

Re infecta, et ut Kioviam accederet a novo principe Lithuaniae Sigismundo impeditus, assumpto sibi socium itineris Abrahamo, Episcopo Suzdaliensi, ad Concilium Ferrariense se contulit (Moskva, Novgorod, Dorpat, Lubecca, etc.), quo pervenit die 20 augusti 1438. Ibi, et dein Florentiae Isidorus ad coetum promotorum unionis pertinebat, imo simul cum Bessarione, Metropolita Nicaeno, antesignanus huius coetus considerari potest. In momentis difficilissimis Isidorus saepe mediatorem egit inter Imperatorem et Pontificem Eugenium IV.

Die 6 julii 1439 Isidorus unionem subsignavit ut « metropolita Kioviensis, ac locumtenens apostolicae sedis sanctissimi patriarchae Antiocheni domini Dorothei ». Qua perfecta, Isidorus mittitur Legatus a latere in Lithuaniam, Livoniam et Russiam ad nuntiandam unionem (17 aug. 1439). Iter aggressus est iam mense octobri, et usque civitatem Venetiarum pervenit, unde in Hungariam se direxit, et Budam pervenit mense martio 1440; dein Cracoviam petiit, Peremysliam visitavit, ad civitatem Leopoliensem, Haliciensem, Cholmensem se contulit (mense iulio 1440). In Lithuania vero remansit inde a mense augusto 1440 usque ad mensem martium 1441. Per eparchiam Turoviensem in Kioviensem civitatem, suam metropolitanam

Sedem demum pervenit, unde urbem Moscoviam petiit, transeundo Smolenscensem civitatem; Moscoviam die 19 martii 1441 ingressus est, ubi Unione Florentina promulgata, in carecerem detrusus ut apostata, et ibi forsan usque ad mensem septembrem permansit.

Dein, fuga arrepta, pervenit ad civitatem Tverensem; in Lithuania et Polonia ob adversas circumstantias non exceptus, Romam petiit et in civitate Senensi capellum rubeum dignitatis cardinalitiae excepit e manibus Eugenii PP. IV, ad quam dignitatem inde a die 18 decembris 1439 promotus fuit, ad titulum, ut videtur, SS. Petri et Marcellini.

Eodem anno 1443, die 28 aug. « secessit de Senis gressus suos dirigens versus partes Graeciae et Russiae », forsan in connexione cum expiditione anti-turcica Regis Poloniae et Hungariae, Vladislai Jagellonidis (1434-1444), quae infelicem exitum habuit apud Varnam, in Bulgaria. Postea Isidorus contulit se Constantinopolim, ut unionem promoveret cum Imperatore Joanne Palaeologo, qui tamen anno 1448 in pugna cum turcis vitam perdidit. Romam reversus, Martino PP.V consiliarius simul cum Bessarione in rebus orientalibus fuit. Hic, anno 1450, die 8 februarii, Ecclesiam Sabinensem in titulum obtinuit, retenta in commendam ad vitae tempora « ecclesia Russiensi ».

Anno 1451, mense septembri, Isidorus legationem ad novum Imperatorem Constantinum XI Palaeologum Constantinopolim obtinuit, ut promulgationem unionis Florentinae tentaret, quam revera die 12 dec. 1452 promulgavit in Urbe Constantinopolitana, praesente Imperatore Constantino, in ecclesia S. Sophiae.

Tempore obsidionis Urbis Constantinopolitanae eiusque expugnationis, Isidorus animum addere civibus conatus est, sed Urbe capta et ipse sub spoliis fictitiis in captivitatem ductus fuit.

E captivitate redemptus, Romam petiit, ut de factis referret et defensionem christianitatis appararet, sub Pontificatu Callixti III et Pii II.

Anno 1458-1459, Isidorus etiam de sorte Metropoliae Kioviensis cogitare cepit; socio itinerum suorum, Gregorio, partem Metropoliae cessit, quae erat in ditione Regis Poloniae et Lithuaniae, sibi ad breve tempus administrationem partium moscoviticarum servando, quibus tamen mox in favorem Gregorii Metropolitae cessit, obtento patriarchatu Constantinopolitano, post fata Gregorii Mammae (20 apr. 1459), quae dignitas tamen tantummodo in titulum ei cessit, Constantinopoli a turcis possessa.

Officiis Curiae Romanae occupatus, in qua magna eminuit auctoritate et rerum agendarum experientia, tandem die 27 aprilis 1463, « die Mercurii, Cardinalis Ruthenus appellatus, Isidorus, Romae diem suum clausit extremum ».

Fuit vir iustus, Ecclesiae eiusque unitati deditus, laboribus eximius, dignitatibus onustus, meritis plenus. Hisce memoria eius manet in aeternum.

AUDIENTIAE SANCTISSIMI DE REBUS ECCLESIE UNITAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

VOL. I

1650 - 1780

PONTIFICES ROMANI

INNOCENTIUS X (PAMPHILJ)	15.IX,4.X.1644	- 7.I.1665
ALEXANDER VII (CHIGI)	7,18.IV.1655	- 22.V.1667
CLEMENS IX (ROSPIGLIOSI)	20,26.VI.1667	- 9.XII.1669
CLEMENS X (ALTIERI)	29.IV,11.V.1670	- 22.VII.1676
B. INNOCENTIUS XI (ODESCALCHI)	21.IX,4.X.1676	- 12.VIII.1689
ALEXANDER VIII (OTTOBONI)	6,16.X.1689	- 1.II.1691
INNOCENTIUS XII (PIGNATELLI)	12,15.VII.1691	- 27.IX.1700
CLEMENS XI (ALBANI)	30.XI,8.XII.1700	- 19.III.1721
INNOCENTIUS XIII (DEI CONTI)	8,18.V.1721	- 7.III.1724
BENEDICTUS XIII (ORSINI)	29.V,4.VI.1724	- 21.II.1730
CLEMENS XII (CORSINI)	12,16.VII.1730	- 6.II.1740
BENEDICTUS XIV (LAMBERTINI)	17,22.VIII.1740	- 3.V.1758
CLEMENS XIII (REZZONICO)	6,16.VII.1758	- 2.II.1769
CLEMENS XIV (GANGANELLI)	28.V,4.VI,1769	- 22.IX.1774
PIUS VI (BRASCHI)	15,22.II.1775	- 29.VIII.1799

AUDIENTIAE SANCTISSIMI DE REBUS ECCLESIAE UNITAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

(1650-1779)

1.

3. IX. 1658.

Audientia Sanctissimi de negotiis Pacis Hadiacensis cum expositione status facti et decisionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Pol., Ruteni*, a. 1624/74, vol. 1, f. 73-78v.

Die 3a. Septembris 1658.

Si è questa mattina fatta la Congregatione, che la S. V. ordinò per le cose di Polonia, e vi sono intervenuti tutti, et esaminate lungamente le materie.

Quanto alla prima, dell'abolitione dell'Unione, si è detto, che risolutioni riguardano à due cose: 1) à quello, che deve procurarsi di là, 2) à quello, che si deve fare quì.

Quanto al primo quel che mostrano le lettere del Nunzio, si stima impossibile di rimuoverli dal lor proponimento vedendosi ridotti in estreme angustie, e con opinione di non haver altro modo da salvare il proprio Regno, il quale vogliono mantenersi omni meliori, vel peiori modo, senza punto curarsi de i Consigli, o approvationi di quà.

Ma quando anche ammettessero consiglio, à quest'hora senza dubio esser già eseguito.[1]

Che con tutto ciò si scriva al Nunzio, che faccia ogni sforzo possibile per impedire quel che non è fatto ò ritrattarlo, s'è fatto, o almeno divertirne gli effetti

Quanto à i mezi, che si vaglia di tutti quelli che stima à ciò atti, come quello, che stà sul fatto, con prender consiglio in arena, e sopra tutto poi eseguisca que

---

[1] Agitur in hoc et sequentibus documentis de duplici negotio: de praetensione Ducis Moscoviae ad thronum Regni Poloniae, post obitum Regis Joannis Casimiri, ut conditio sine qua non pacis cum Regno Poloniae ineundae, et de pace ineunda cum cosacis, tunc temporis adhuc cum Moscovia contra Poloniam colligatis. Quod spectat hoc secundum negotium, in illo conditio sine qua non apposita fuit clausula de supressione Unionis Berestensis in terris Ucrainae. Qua de re Nuntius Apostolicus vehementer protestatus est. In hoc documento supponitur iam pacem illam ratam fuisse in Comitiis Regni Poloniae. Cfr. de his diebus et mensibus *Litteras Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes*, vol. IX, Romae 1963, passim.

temperamenti che possono trattener le risolutioni, come quello di cercar tempo per far nuove fondationi per quei del rito unito, e provederli altrove, o quello del Congresso (f. 73v) fra gl'Uniti, e Scismatici quando vaglia per trattenere;

2) che veda d'acquistare anche con rigali l'animo del Wiuschi,[2] Capo de Cosacchi, che s'intende per altro, che sia ben inclinato;

3) che l'istesso potria tentarsi con il Greco[3] che ha tentato il negotio, che conforme disse il Re, vi ha maggior premura, che gli altri, et ê huomo venale, se pure è più in tempo.

Che tenti parimente il Metropolita scismatico,[4] quando particolarmente fusse vero che intrinsecamente fusse Cattolico.

Che procuri similmente d'acquistare qualche un'altro de Potenti, valendosi de motivi politici, che appresso loro sono più efficaci.

Che significhi al Re con quanto sentimento giungono à V. Santità queste cose incaricandogli seriamente la coscienza, e proponendogli il danno, che gli everrà per giusta permissione di Dio.

Che si ricordi in quali angustie si è veduto, e gl'effetti mirabili dell'assistenza di Dio, che ne l'ha liberato, e che malamente hora gli corrisponde suggerendogli che in cose così gravi non doverebbe operar da se stesso senza l'indirizzo della Sede Apostolica, e che molti di questi sentimenti possono anche dal Nuntio (f. 74) communicarsi à Vescovi, et altri più sensati del Regno.

Aggiunge il Signor Cardinal Rospigliosi, che potria la Santità Vostra accompagnare il tutto con un Breve del medesimo tenore al Re, Regina, Ecclesiastici principali, et à Cattolici.

Quando poi le cose si trovassero fatte, dice l'istesso Signor Cardinale, che potria presentarsi un'altro Breve, quasi del medesimo tenore, che rappresentasse il ramarico della Santità Vostra, e che stimolasse il Re à suggerir egli medesimo i rimedii per impedirne gl'effetti se non altro.

Per quello poi che deve farsi di quà, concordano tutti, che non si faccia atto alcuno positivo in cosa nessuna, così di concessione, come di permissione, benchè conditionato, portando tutti l'accrescimento dello Scisma, e la depressione dell'unione.

Che si mandi al Nuntio Apostolico di quà una protesta, la quale si faccia in quel modo più solenne, che sarà permesso.

Che se gli mandi di quà un ristretto delle ragioni considerate l'altra volta in caso simile, ove fu condannato per nullo, et invalido quanto era fatto, e risposto alle ragioni che si adducevano.

---

[2] Joannes Vyhovskyj, dux cosacorum tunc temporis (1657-1659); antea Cancellarius Ducis Bohdani Chmelnyckyj. Cfr. de eo alia volumina nostrae collectionis, praesertim *Litteae Nuntiorum*, vol. IX, *Index nominum et rerum*: Vyhovskyj.

[3] Theodosius, dictus graecus; hic variis legationibus fungebatur temporibus ducis Vyhovskyj.

[4] Dionysius Balaban (1657 - 1663), antea Epicopus Luceoriensis. Hic in Costantinopolitana permansit iurisdictione, quia influxus Patriarchae Moscoviensis impeditus fuit actione politica ducis Vyhovskyj. Cfr. J. Pelesz, *Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche mit Rom*, Wien 1880, vol. II, pag. 258 - 259

Che procuri anche che le proteste sian fatte da alcun altro Ecclesiastico, acciò (f. 74v) habbiano maggior appoggio.

Che la forma della protesta si prenda dal Breve di Monster.

Si mandi al Nunzio un Istruttione, et Relatione delle cose seguite l'altra volta à tempo d'Vladislao per suo indrizzo e con tutto questo il Nuntio non venga a rotture manifeste, ne si parta, ma procuri di tener sempre in piedi qualche attacco, acciò fatta la Dieta, che à quella che necessità il Re à quelli inconvenienti possa valersi delle congiunture che forsi se li presentaranno per ritrattare le cose fatte.

Vi fu chi propose, che per acquistar qualche cosa con i Cosacchi potriano intimorirsi. Che gli Uniti passeranno al Rito Latino, ma non è stato ricercato, si perchè è bastantemente molto odioso per tutti, e per gl'Uniti istessi, come anche perchè i Scismatici si contentariano più di questo che di vederli di Rito Greco et Uniti à Latini.

Vi è stato chi ha detto, che il Nuntio potria arrivare à dire, che se bene per qualsivoglia cosa non deve consentirsi à queste dimande, essendo peccato il farlo, avvertissero però facendolo di non passare un tal segno, ma ne anche quello è stato seguito.

(f. 75) Io ho avvertito, che qui non si tratta come l'altra volta di levare i beni Ecclesiastici, o le chiese agl'Uniti, e darli alli non Uniti, ma s'usa la parola dell'abolitione dell'Unione, che in sostanza non viene à dir altro che abolire il Cattolicismo. Il che richiederebbe quelle risolutioni che meritano se un Re prohibisce la Religione Cattolica, e se bene dal contesto della lettera si sente motivare di provedere gl'Uniti de beni, e fondationi per vivere, che mitiga l'interpretatione di questo nome abolitione, ad ogni modo però timeo ansos, e questa stessa voce in mano degl'Eretici opererà tutto quello, che io dico, così per l'ignoranza del Popolo, che intende abolita l'Unione, e conseguentemente condannata, come per le violenze, et inganni de Scismatici, che la stenderanno à quello ch'essi vogliono, vedendosi quel che avvenne à tempo d'Vladislao con tutto che non si trattasse, che di conceder loro alcuni beni e Chiese, e Concilii antichi son stati più guardinghi con gl'Eretici per una parola sola che per il fatto, onde e si è detto che se ne (f. 75v) avvertisca il Nuntio, e che informi distintamente.

Quanto all'altro negotio dell'Elettione del Moscovita, concordano tutti, che non si può in modo alcuno consentire all'Elettione, benche sia con conditione di farsi Cattolico, perchè il dare a Cattolici un Re infedele è peccato; soffrire si puole ma non mai dare, onde almeno è necessario che giuri adesso osservare i giuramenti soliti nell'elettione, e coronatione dè Re, e che li leghi con vincoli gagliardi, altrimente non possa haver giurisdizione in modo che possa impugnar l'atto come nullo.

Era chi vi aggiungeva, che si obligasse à mandare Ambasciatori d'ubedienza, e le cose simili, ma accrescerebbe la difficoltà per essere troppo espresso,

L'esempio d'Enrigo 4º, serviva per nota, perche non si contentò la Sede Apostolica delle sue promesse, ancorche fussero d'Antecessori Cattolici, et il Moscovità sempre scismatico con tutti i sudditi.

(f. 76) Non potendo ciò sortire, si venga alle proteste, le quali siano assolute.

Nelle proteste non apparisca odio della Religione, o Rito Greco, o del Moscovita, ma pregava in generale che sia Cattolico.

La protesta, se fusse possibile, s'accompagni anche ad altri Ecclesiastici, e particolarmente a quei Vescovi, che sono absenti, come accenna nella lettera il Nuntio.

Quanto al modo che la protesta si stenda qui ne si publichi per non irritarlo, ma si stipuli segretamente, come fece la Santità Vostra in quella di Munster, potendo occorrer bisogno doppo che sarà Rè di trattar con lui, come si è fatto altre volte à tempo di Pio V, e di Gregorio XIII.

Il Signor Cardinal Rospigliosi ha aggiunto, che se il Re non haverà gusto, come si crede di questa elettione, potrà mettersi di suo consenzo la protesta nella Segreteria Regia.

Se doppo seguita l'elettione capitasse ivi il Moscovita, il Nuntio si ritiri sotto altro protesto, mostrando però inclinatione, et amore verso di loro.

(f. 76v) È stato anche detto, che saria molto lodevole che V. Santità per sodisfattione del mondo spedisse persona à posta in diligenza per questo negotio.

L'ultima lettera del Nunzio, che concedendo l'elettione opporrà nella protesta la necessità, che non si sia fatta in Dieta contro la solita forma, ne creato l'antichissimo e concreto costume di non elegere Re che non sia Catolico.

2.

3. IX. 1658.

Decisones Congregationis particularis de rebus Ruthenorum, et praesertim de pace cum cosacis et de electione ducis Moscoviae in Regem Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* a. 1624/74, vol. 1, f. 69-70.

Die 3. 7bris 1658 fuit habita in Collegio de Propaganda Fide Congregatio particularis super rebus Poloniae, deputata a Smo D. N, in qua interfuerunt Eminentissimi: Barberinus, Ginettus, Spada, Albitius, Chisius, Ruspigliosus, Mellius, et Paulutius, et RRmi Domini Albericius, Secretarius, et Vilanus, Assessor Sancti Offici. Nec non Pater Abbas Ilarion, ... Cirstercensis, Pater Magister Libellus, Dominicanus, et Pater Sfortia Pallavicinus, Societatis Jesu.

Et Dominus Secretarius retulit, p. infra, videlicet: Sono hoggi le cose de Polacchi...[5]

Quibus auditis, Domini quoad petitam abolitionem Unionis censuerunt, quod enim ex litteris Nuncii Apostolici colligatur vel id iam esse executioni demandatum, vel impossibile futurum esse moraliter, ut Poloni a proposito in id consentiendi demoveantur, scribendum sit eidem Nuncio, ut omnem omnis adhibeat curam ad impediendum id, quod forsan hactenus factum non est, aut ad retractandum quod factum, aut saltem ad obicem ponendum inde secuturis effectibus.

Quoad media: 1) ut utatur omnibus iis, quae ipsemet magis iudicaverit conducentia, sed pro omnibus ea prosequatur, quae resolutiones possunt protrahere,

---

[5] Cfr. infra, sub nr. 4.

quale ... illud petendi inducias ad novas pro Unitis fundationes faciendas, eisdemque alibi previdentur, vel ad ineundum (f. 69v) congressum inter unitos et schismaticos quando hinc dilatio obtineri possit;

2) ut vel muneribus lucrari curet Wiuskim, Cosachorum Ducem, quod non putatur difficile, cum audiatur, eum alias erga Religionem Catholicam esse propensum;

3) ut id ipsum praestet cum Theodosio Graeco, qui missus ad rem perficiendam ibi reperitur estque venalis, et ex Regis attestatione prae caeteris aliis urget;

4) faciat similiter cum Metropolita schismatico, si verum praecipue sit, eum intrinsecus esse catholicum;

5) ... pariter ad nos motivis politicis efficacioribus quot quiverit ex Potentioribus;

6) Regi exprimat quanto omni moerore id perveniat ad aures Smi, serio conscientiam eius onerando, illique obiiciendo damna, quae iusta Dei permissione inde passurus est.

In memoriam eidem redigat in quibus alias sese viderit pressuris, qualiter ex eisdem divina assistente gratia fuerit mirabiliter ereptus, et quam male nunc ei correspondeat. Suggeratque praeterea quod in rebus tanti ponderis nihil prorsus a se ipso, et absque Sedis Apostolicae directione operari deceret.

Ac demum ex his plura communicet Episcopis, aliisque sapientibus Regni.

Eminentissimus Rospigliosus addidit, haec omnia futura esse efficaciora si Sanctitatis Suae Brevibus, eiusdem plane tenoris ad Regem, Reginam, Ecclesiasticos primarios, caeterosque Catholicos, confulciantur.

Quod si res iam peracta fuerit idem Emin.mus dixit, opportunum fore, ut Nuncius Apostolicus (f. 70) aliud habeat Breve exhibendum Regi, quo exprimatur Sanctae Sedis maerorem, urgeaturque Rex, ut ipsemet remedia suggerat, quibus saltem impediantur effectus, etc. etc. ...

3.

3. IX. 1658.

Sententia de rebus Ruthenorum in pertractationibus polonorum cum cosacis et cum moschovitis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Pol., Ruteni,* a. 1624/74, vol. 1, f. 219-20.

In praeiudicium Unionis nihil positive a Rege concedendum, multa ab eo permitti posse ad evvitandum si immineat malum longe maius. In hanc permissionem non debere Sedem Apostolicam positive consentire quandoquidem consensus iste ad nihil utilis est, imo debere contra protestari. An ea protestatio in Comitiis generalibus totius Regni, an in Senatoriis, an in ecclesiasticis Cleri, an coram probis viris aut aliter facienda sit, remittendum prudentiae Nuntii, qui praeterea in re quid facto opportunum sit iudicabit, sed quantum poterit sine rerum perturbatione faciet publicissimam. De nomine Unionis parum essem sollicitus, sive eo utantur, sive, quod minus odiosum dicunt, nomine Religionis Catholicae Graecae, sed nomen Unionis ita

puto sileri posse ut non liceat damnari aut positive reprobari. Cavendum ne deliberatio nunc facienda discordat ab ea quae in simili negotio olim de anno 1632 et deinceps hic Romae facta est.

Ad puncta ex Polonia transmissa, ad primum, studeant legatum Cosacchorum muneribus aut aliis modis procurare ne Unioni infensus sit, cui minus infensus esset alius qui Graecus non esset, atque adeo si res nondum finita est curandum esset ut Wiouski, Dux Cosacchorum, qui (f 219v) dicitur ob privata commoda ad pacem cum Polonis propendere, mittat alium Legatum mitiorem.

Ad 2dum: Non consentiendum positive ut Unitis eripiantur bona ecclesiastica danda Schismaticis, etiamsi illa ante Unionem ad Schismaticos pertinerent, nec satis esse si Unitis resenventur bona post Unionem acquisita.

Ad 3um: Non caveri hoc puncto Religioni aut Unioni sed privatis commodis Unitorum nunc viventium, horum autem commoda tantum obest ut a nobis curanda sint, ut potius timendum sit ne isti, postquam sibi privatim consultum fuerit, causam publicam negligant, cum tamen nostra multum intersit eos saltem ob privata commoda in publico negotio nobis operam iungere.

Ad 4tum: Supersessoriam in deliberatione super negotio aut saltem in executione per duos annos et si fieri potest per longius tempus procurandam si nunc nihil aut modicum boni sperari possit.

Ad 5tum: Congressum unitorum et schismaticorum super his negotiis admittendum, sic enim dilatio aliqua obtinebitur, in eo tamen non erit permittendum disputatio de Religione, aut Unionis necessitate ad salutem, haec enim certa sunt et disputiones hujusmodi seu Colloquia vitanda sunt.

Ad 6tum: Chelmensem Episcopum qui dicit inclinare valde ad Unionis conservationem (f 220) studeat Nuntius magis inclinare.

Ad 8vum: Licere loco nominis Unionis uti vocibus Religionis Catholicae Graecae, cum limitatione de qua supra.

Ad 9num: Non licere positive consentire in abolitionem Unionis, aut eius detrimentum in Russia, aut alia regione pro ea conservanda alibi.

Ad 10um: Non esse movendam quaestionem hanc de Ritu Graeco in Latinum apud Ruthenos unitos mutando, etiam si offerrant hoc nobis aliqui, qui merito suspecti sunt tanquam velint nobis conflare invidiam aut odium penes Graecos quasi eorum ritui iniqui simus.

Ad 11um: Admittendam esse oblationem dilationis super his negotiis; vix enim possunt esse nobis aliquando tempora et hominum studia iniquiora quam nunc sint; quoad Jesuitas, dummodo non exulent, tolerandum si aliter fieri non possit ut iis scholae publicae interdicantur.

Ad 12 um: Metropolitae Kioviensi locum in Senatu concedi posse etiamsi sit schismaticus, quod puto theologice certum, politice controvertitur.

* * *

Quoad electionem Moscovitae in Regem Poloniae. — Non licere infidelem fidelibus praeficere de novo, iam praefectum pati licere; S. Theol. 2a. 2o, quest. 10, art. 10; in praesentibus tamen angustiis posse eligi cum pacto et conditione ut nunc seu tem-

pore Coronationis et adipiscendae possessionis Regni praestet omnia (f 220v) Juramenta a Regibus Polonis praestari solita, inter quae credibile est contineri Juramentum de Fide Catholica et obedientia Romanae Ecclesiae profitenda et defendenda. Si renuat conditionem et pactum hoc admittere, eligi non posse aut praefici, et ne fiat aut si iam factum sit contra protestandum esse modis de quibus supra. Tutius puto ut haec Juramenti praestatio conditione et pacto praetendi nunc apposito differatur in tempus coronationis, quia in his augustiis videns Polonos forte recusabit nunc praestare armis eos subacturus, pacto autem et conditioni de futuro facilius consentiet animo non adimplendi; nobis autem sperantibus a Deo meliora tempora satis est si recusantem suo tempore praestare a Regni adeptione arcere possimus. Mirum videri ut Poloni libertatis supra modum amatores admittant vel saltem extra praesentes an... aliquando admissuri sint in Regem Moscovitam vicinum et potentissimum, qui libertatem Polonam odio habiturus sit atque adeo oppressurus legibus; Moscovicitis regnaret, munitiones eriget, regnum haereditarium faciet, atque adeo Poloni iugum hoc aut non induent, aut aliquando excutient si angustias praesentes evadant semel; tantum electioni addatur pactum aliquod, quo non servato resilire possint.

3 7bre 1658.

4.

3. IX. 1658.

Relatio Secretarii in congregatione particulari habita de rebus Ruthenorum periclitantibus in procuranda pace cum cosacis et eligendo duce Moscoviae in regem Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Pol., Ruteni,* a. 1624/74, vol. 1, f. 47-53v.

Relatione di Monsignor Segretario fatta à 3. 7bre 1658, in Congregatione particolare deputata da N. S.

Sono hoggi le cose de Polacchi ridotte à tali angustie che, per assicurarsi dalle forze del Re di Svetia da una parte, e da quelle del Moscovita dall'altra, non sanno applicare ad altri rimedii, che estremi. L'uno di chiamare in loro aiuto i Cosacchi, et assicurarsi insieme, che non si uniscano cò nemici, l'altro di eleggere sino da adesso per loro Re, doppo la morte del presente, il Moscovita, perchè invece di unirsi col Sveco, come si teme, possa di presente entrar in difesa della Polonia per reprimerlo; ma con questi due rimedii vanno accoppiate conseguenze pessime per la Religione Cattolica, perchè i Cosacchi che sono tutti di rito greco scismatico, et per l'addietro non hanno mai cessato di travagliare gli Uniti, per prima conditione della Confederatione dimandano l'abbolitione della Santa Unione de Rutheni con la Sede Apostolica e dal Dominio del Moscovita, pertinacissimo scismatico, si devono temere effetti lagrimevoli per la fede di tutti quei Popoli; onde scrive Monsignor Nuntio d'haver fatta ogni diligenza possibile per divertire dall'una e dall'altra l'applicatione di quel Popolaccio (f. 47v) e quel, ch'e peggio, del Re, e Magnati, et anche delli medesimi Ecclesiastici, ma con poco frutto per trovarsi tutti acciecati dal desiderio della Pace, et intimoriti dalle forze de loro nemici, con i quali non ardiscono più cimentarsi.

STATO DEL NEGOZIO

Quanto al particolare dell'Unione, scrive Monsignor Nuntio che il Wiouski, et i Cosacchi à lui adherenti havessero mandato di nuovo un tal Teodosio Greco da Leopoli per trattar l'aggiustamento con quel Regno con le seguenti Proposizioni.

Che segli diano entrate sufficienti; Che si abbolisca l'Unione; Che si diano loro alcuni luoghi in Senato; Che si uniranno poi con li Tartari contro Moscovita, in compagnia dell'esercito Polacco.

Et aggiunge Monsignor Nuntio, che il soddetto Greco diceva haver commissione di portarsi, doppo seguito l'aggiustamento, in nome del medesimo Wiouski, e Cosacchi dal Re di Svetia à dargliene parte, e disporlo alla pace, et ad unirsi con esso loro contro il Moscovita.

Oltre al suddetto Greco, scive Monsignor Nuntio, che vi era arrivato il Castellano di Smolenski per ottener da S. Maestà la ratificatione della capitolatione con i Cosacchi, compresovi l'articolo dell'abolitione dell'Unione.

(f. 48) Haver però inteso dal Vescovo di Vladislavia, che nell'Istruttione data à Commissarii vengono obligati sotto la coscienza, fede, et honor della Republica che in materia dell'Unione non passino à maggior cognitione, e che si rimetta tutto ad una Conferenza de Vescovi Uniti, e Scismatici alla presenza del Re, e Senatori per aggiustarlo, e se non s'accetta prendano tempo di poter provedere i Vescovi Uniti sotto il medesimo obligo di procurarlo, e se nemeno questo, procurino in conformità de Patti sotto Sborova, che in vita loro habbiano almeno la metà de beni riservati nelle fondationi fatte, e da farsi, e che gl'Uniti di Lithuania restino nello stato loro, nè siano compresi in detto Trattato.

Che i supposti, con i quali si lusingano in questo negotio sono, che con quest'aggiustamento si rimetterebbe la Santa Fede in un tratto di Paese di più di 80 leghe tedesche, ove da X anni in quà non vi erano nè Vescovi, nè Parrochi, nè Religiosi, benchè vi sia numero grande de Cattolici.

Che se si conchiude presto, si haveria vantaggio nel Trattato col Moscovita, e la Republica con queste forze unite (f. 48v) potria tornar alla quiete di prima.

All'incontro, se non si accellerava, potriano i Cosacchi ricedere dal Trattato, e riunirsi col Moscovita, che in questo caso saria più rigido.

Esser parere de Teologi, che, in quando sovrasta qualche gran male alla Religione Cattolica, è permesso d'appigliarsi al minor male per sottrarla dal maggiore, benchè Monsignor Nuntio habbia a questo risposto, doversi adherire a quell'opinione, che era più sicura in coscienza.

DILIGENZE FATTE DA MR. NUNTIO PER DISTRUGGERE QUESTO TRATTATO.

A questi Trattati s'era opposto Mr. Nuntio in tutti modi, che haveva potuto.

Prima, con i Vescovi di Plosco, e Vilna, à quali si diceva, che voleva il Re commettere questo negotio, rappresentando loro il pregiudicato grande, che la Santa Sede riceveria da così scandalosa risolutione con aggiungere, che non sapeva vedere come potessero mantenersi tanti Vescovi, Archimandriti, Parochi, Monaci di

S. Basilio, et altri milioni (f. 49) anime unite, le quali tutte potevano tornar allo Scisma, tumultuare, et unirsi con gli Heretici, li quali anch'essi con tal essempio cominciariano à pretendere mille imprertinenze; oltre che non sapeva vedere chi havesse autorità di far tale abolitione.

Ma, che li dd. Vescovi si scusarono di non veder altro modo da liberarsi da suddetti nemici, che più degl'altri li travagliavano.

2) Con i Confessori, e Predicatore di quella Maestà, da quali non ritrasse altro, che confessare l'ingiustitia del fatto.

3) Con l'istesso Castellano di Smolensko, trovato in Anticamera del Re, che scusatosi prima con il segreto, disse esser impossibile sperar l'accordo senza la detta abolitione.

4) Più volte coll'istesso Re, al quale aggiunse d'avantaggio, che i scismatici haveriano pubblicato su i pulpiti, che questa abolitione mostrava, che gl'Uniti erano negl'errori della fede e che, se S. Maestà non haveva riguardo alla dignità della Santa Sede, l'havesse almeno à quella del Re (f. 49v) suo Padre, che con tanto zelo procurò quella Unione.

Ma, che il Re gli rispose, che sopra questo negotio haveria deputato li due Vescovi suddetti con il Provinciale de P. Giesuiti di Lithuaria, Padre Visitatore, et il suo Predicatore, con mostrarsi però dispostissimo all'abolitione atteso che i cosacchi, come disse, erano risolutissimi di sottoporsi piuttosto al Turco con conditione, che recedere dall'accordato.

Che lo supplicò almeno à soprasedere sino a darne parte à N. Signore, riceverne risposta, ma S. Maestà disse, che lo stato delle cose non l'ammetteva.

5) Con la regola, dalla quale era partito all'hora il Deputato Cosacco, e S. Maestà gli disse, che vedeva impossibilità nel negotio, mentre al Popolaccio scismatico non haverei mai acconsentito, e che era pur meglio privarsi d'alcune Chiese degli Uniti per haverne in cambio tante altre Cattoliche, che sono in Ukraina et altre Province occupate.

Dibbattè questo falso supposto il Nuntio replicando, vedersi chiaramente (f. 50) che si tendeva alla distruzzione della Fede Cattolica mentre intendeva, che in quelle Parti non si volevano i Giesuiti, et all'incontro i scismatici haveriano continuata in Kiovia la loro Academia.

6) Col Vescovo di Kiovia, il quale si esibì d'intervenire alla Conferenza sopra questo negotio, anche non chiamato e caso, che non vi fosse ammesso, che haveria fatta la sua protesta, e soggerito il danno di non volersi i Giesuiti.

7) Con Monsignor Vescovo di Cracovia, dal quale haveva inteso, che S. Maestà haveva deputato a questo negotio lui, et il Vescovo di Kiovia con alcuni Signori laici, ma non gli nominò verun Teologo, forse perchè S. Maestà vorrà udirli à parte, soggiungendo, che li pareva, che li presenti non si dovessero privare de beni, che possedevano.

(f. 50v) 8) Con il Vescovo di Vilna, al quale haveva dato il nuovo Breve, et esageratogli, come si tolerassero gl'heretici di tante Sette, e si volessero poi abolire li Uniti, che sono Cattolici.

9) Con il Palatino di Posnania[6] per haver penetrato, che più volte haveva havuti lunghi Congressi col greco mandato dal Wiouski; onde il Nuntio, presa occasione di partecipargli la buona dispositione di N. Signore circa la spesa necessaria per la traslatione del Vescovo di Varmia à Gnesna, entrò in questo negotio, e lo pregò della sua assistenza presentandogli il Breve vecchio, e nuovo; ma egli, oltre le difficoltà accennate, et il timore, che i Cosacchi non recedessero dal trattato, mostrò che il nome di Unione riusciva troppo esoso, e che in ciò non si concedeva cosa alcuna di più di quel, che fu concesso nella Capitolatione di Sborovvo.

(f. 51) Dà questo replico il Nuntio, che si ricordasse, che per la loro perfidia quel Capitolato era svanito con la vittoria di Berestesko,[7] e che però lo pregava à riparlar di nuovo al detto Greco, acciò il negotio restasse nello stato presente o si soprasedesse per qualche anno per meglio ponderarlo.

Svantaggi del Negotio.

Dice Monsignor Nuntio non haver da queste diligenze riportato speraza veruna, ma piutosto certezza, ehe non potrà impedirsi, e che i svantaggi del negotio sono perchè nelle conferenze i Vescovi sono pochi, et i Laici molti, tutti d'arcordo per l'abolitione.

2) Che questo Negotio vien maneggiato con molta segretezza, guardandosi particolarmente da lui, per esser contrario.

3) Che i Vescovi non sono cosí uniformi come doveriano, ma che egli li ha pregati di convenir assieme così in questo, come nell'affare de Moscovia.

(f. 51v) Rimedii proposti à Monsignor Nuntio da diversi per diminuire il male.

De sopradetti negotiati ha Mr.Nunzio ritratto varii espedienti, proposti da diversi che si sono raccolti qui appresso.

Che, havendo egli parlato che maneggiava questo trattato per il Vioschi col Re della persona del Greco, S.Maestà gl'haveva detto, essersi penetrato, che in questo negotio dell'abolitione vi havea più premura lui, che il Wiouski medesimo, e che perciò non saria forse stato male, che gl'Eclesiastici havessero procurato d'acquietarlo con qualche regalo.

2) Che dall'istesso Re gli fu proposto, che al più si sariano lasciati a gl'Uniti i beni, e fondationi acquistate dopo l'Unione; ma gli fu replicato dal Nuntio, che questo era stato di giustitia, e non di gratia.

3) Che gli venne in pensiero di suggerire al Re, che quel, che si faceva, fusse senza pregiuditio de presenti, ma se n'astesse per non darli attacco di pretendere consenso.

4) Che dalla Regna gli fu detto, che, quando si potesse ottenere superses-

---

[6] Joannes Leszczynski (1655-1661).

[7] Anno 1651; post cladem cosacorum inita fuit nova pax cum cosacis quae clausulas pacis Zboroviensis de anno 1649 tollebat et cosacis minus favorabilis fuit.

soria (f. 52) nell'esecutione almeno per due anni, si potevano intanto provedere i Vescovi, et altri del Rito Unito.

E sebene egli non biasimò il pensiero, non mostrò però di approvorlo perchè non si apprendesse connivenza dal canto suo.

5) Che dal Vescovo di Kiovia fu proposto, se fusse stato bene procurare, che almeno i presenti potessero godere in vita loro, alche pur egli haveva pensato; e che intanto si procurasse un Congresso de gl'Uniti, e Scismatici per veder, se si fussero potuti ridurre al nostro gremio. Alche egli haveva risposto di non poter deliberare senza prima darne parte à N. Signore, e riceverne l'Istruttione, sopra di che fà istanza, che si rifletta.

6) Haver inteso dal Vescovo di Chelma che il Metropolita scismatico era intrinsecamente Cattolico, ma occulto. Il che potrebbe essere di molto avantaggio; ma perchè il Vescovo di Chelma su questo supposto (f. 52v) suggeriva, che si potessero lecitamente giurare à lui le conditioni, haveva risposto Monsignor Nuntio, che, quando anche ciò fusse verò e lecito per altro, non era per lo scandalo.

7) Che dal Vescovo di Vladislavia e dal Palatino di Posnania era stato suggerito, che, se si fusse potuto cambiare il nome di Unione, per esser molto esoso, in quello della Religione Greca antica o vero di cattolici del Rito Greco, saria stato assai meglio, ma dal Nuntio gl'era stato risposto, che quando il negotio si fusse ridotto a questione di nome, non sariano mancati ripieghi.

8) Haver inteso dal Re, che si potriano levar à gl'Uniti solo i luoghi che hanno in Russia, lasciando loro quelli, che hanno in Lithuania, e che il Deputato Cosacco diceva, che, dandosi questo gusto à i suoi, si saria potuto trovar il modo di qualche congresso tra gli Uniti, e Scismatici. Alche egli replicò di non poter acconsentire (f. 53) à verun pregiuditio degl'Uniti, oltre che anche il Moscovita haveria voluto, che si levassero da Lithuania; e quanto al Congresso, che ne haveria scritto à Roma; ma il Re soggiunse, essersi altre volte trattato, et anche risoluto simil particolare. Onde egli ne ritraheva poca speranza.

9) Che dall'istesso Re gl'era stato toccato, che gl'Uniti passassero affatto a Rito Latino.

10) Haver penetrato, che nell'Istruttione data à Commissarii nel particolare dell'Unione si è detto, che si cerchi tempo di far nuove fondationi per quei del Rito Unito, e si procuri di provederli altrove; e quanto alli Giesuiti, che vi restino, ma non si aprano le Scuole et in quelle de Scismatici li Ministri possono esser della medesima Setta, o Cattolici, ma non già Heretici.

11) Haver inteso dal Vescovo di Vilna, che il Vescovo Chelmense si esibiva di passar in Moscovia per renderli capaci, che la religione loro (f. 53v) era la medesima con li Uniti, e che i Cosacchi erano male informati; ma che egli rispose di non potervi acconsentire; e che stimava più espediente, che esso Monsignor Vescovo di Vilna andasse ritrahendo quello, che se ne poteva sperare, che poi con participatione di Nostro Signore si saria potuto risolvere circa il Congresso, che si fusse stimato di fare.

12) Che quanto allo stabilito che il Metropolita scismatico, con sue duoi Vescovi, habbia luogo in Senato, il Vescovo di Cracovia haveva motivato potersi sfugire con assegnarle tanto inferiore che non l'havesso accettato.

13) Conchiude finalmente che aspetterà le ultime risolutioni per protestarsi sperando, che le lettere giungeranno opportune, o almeno cosi fresche doppo il fatto, che potrà protestarsi quando qui si giudichi espediente; nel qual caso desidera di sapere, se debba farlo nella Cancellaria Regia, o pur nella sua, et in qual modo.

5.

3. IX. 1658.

De electione ducis Moscoviae in Regem Poloniae et de modis et cautelis adhibendis ad tutandam fidem catholicam et res unionis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia, Ruteni,* a. 1624/74, vol. 1, f. 54-64v.

Primo modo proposto per l'elettione del Moscovita.

Ne discorre variamente per esservi il segreto. Altri dicono, con che si faccia Cattolico, con la riserva della libertà, et altre prerogative. Altri che se gli darà la successione, con che avanti la Coronatione giuri la Capitolatione, che gli sarà data dalla Republica, nella quale saria la conditione di esser Cattolico, senza esprimersene altro per hora, e che questo sia anche senso di chi dica, che si debba elegerne ancor che non accettasse le dette capitolationi il che communicandosegli da suoi partegiani cagionava, ch'egli starà saldo in voler l'intento senza limitatione.

Soggiunge Monsignor Nunzio, che volendo il Re far Commissario di questa elettione il Vescovo di Vilna, questi si trova in grande angustia, reflettendo, che non deve operare contro la sua coscienza; et egli intanto gli ha ricordato lo scandalo, che daria, se fusse il primo a sottoscriversi all'elettione di un Re non consacrato.

Che questo affare si tratta in una Giunta di Senatori parroci, nella quale volevano haver parte i Nunzii Terrestri, ma ch'egli crede, che non l'otterranno, o non ne sapranno l'intero.

Ch'egli portatosi da quelle Maestà haveva loro presentato i Brevi, e supplicatole, che giachè pareva loro di essere necessitate à ciò, si capitolasse almeno sopra di ogn' altra cosa, che accettasse prima la Religione Cattolica.

Che il Re l'accettò dal suo zelo, e gli soggiuse, che ne decorso del Trattato poteva nascere occasione di concludere, o congiuntare di liberarsi da questo impegno.

Che la Regina parimente gli haveva significato che l'Elettore per la vicinanza della Russia Ducale le havea detto che unitamente si facesse il Moscovita per liberarsi dalla gelosia di tenerci nemici.

E che la medesima soggiunse, che si credeva, che si dovesse restituir tutto, ritenendo solo Smolesco per sua sicurezza, sino alla Coronatione, nel che però si dubita (f. 54v) doversi incontrare difficoltà. Lituani non restituendo il resto, si resolveranno alla guerra, alla quale hora non inclinano per trovarsi sotto il giogo di lui.

Che vedendo il fine di tutti essere di accordarsi col detto Moscovita, ancorche discordino nel modo, allucinati dalla speranza di poter receder col tempo, haveva pensato di non presentar gl'altri Brevi, particolarmente à i Laici, essendosi qualcuno fatto lecito dire che sarian superflui.

Soggiunge poi con un'altra, ch'essendosi finita l'istruttione fatta in ordine alla detta elettione, era doppo qualche renitenza per ragion del seguito stato letta di ordine del Re alli Vescovi di Cracovia, et Vladislavia. E che se bene per quel che spetta alla Religione Cattolica, e chiese pareva che fusse molto ben provisto, e cautelato e fusse ordinato qualche congresso per conciliar i Greci con i Cattolici, e che il Moscovita giurasse la Capitolatione, da darsegli avanti la Coronatione, non l'havevano però voluto sottoscrivere, per non esservi espresso, che si dovesse fare Cattolico.

Che di ciò si era risentito il Palatino di Posnania, che è il primo Senatore laico, dicendo di haver à caro l'anima sua quanto ogn'uno di essi. Ma che avertissero, che se si rompeva col Moscovita vedeva aperta la strada à togliersi affatto la Religione Cattolica da quel Regno per l'unione, che il medesimo Moscovita haveva fatto con i Svedesi contro la medesima.

Che atteso questo i medesimi due Prelati andavano pensando al modo, che si poteva da loro tenere, et erano scorsi a dirli, che pensavano di (f. 55) sottoscriversi con protesta da publicarsi à suo tempo di non haverlo fatto con altro animo se non che fusse Cattolico.

Ma ch'egli haveva loro risposto, che il pregiuditio, che facevano, era palese, e la protesta occulta. E richiesto del suo parere, disse, che non gli conveniva premer in altro, se non che non sottoscrivessero, se non si dichiarava prima Cattolico.

Che il Vescovo di Cracovia motivò, restar qualcuno maravigliato, che N. S. in tanto tempo, che si maneggiava questo affare non havesse dato ordine alcuno. Al che egli rispose, che dalle insinuationi da lui fatte à loro, et ad altri, potevano appresso a poco sapere, che S. B. non approvava tal cosa.

Onuphrius Szumlanski, Ritus Graeci Uniti Episcopus Premisliensis, humillimus Sanctitatis Vestrae Orator, cum ex Decreto in Congregatione particulari aliquorum E.morum S.R.E. Cardinalium coram Sanctitate Vestra decima septembris 1750 lato, ipsi per R.P.D. Nuncium Ap.licum Regni Poloniae intimato ad sopiendas lites dudum inter se et Religiosos Patres Ordinis Divi Basilii Magni ratione Monasterii Sancti Salvatoris ad Montes, suae Dioecesis ejusdem Ordinis vertentes deberet ad manutentionem octo Religiosorum eidem Monasterio exdividere ex Bonis Episcopalibus sortem, quae ad rationem triginta scutorum monetae Romanae pro unoquolibet Monacho annuatim importaret, et ad id assequendum Commissarii certi a supradicto R.P.D. Nuncio auctoritate Ap.lica essent constituti, ad evitandam dictorum Commissariorum dispendiosam conductionem, de unanimi utriusque partis consensu, Oratoris nempe, et dicti Ordinis D.B.M. Provincialis, ejus Consultorii, ac totius supradicti Monasterii Sancti Salvatoris ad Montes Religiosae Communitatis, amicabiliter et sine forma judicii acceptantibus Religiosis saepe dictis atque sopitis omnibus ab utrinque praetensionibus perpetuo, (f. 176v) et in aevum certam Bonorum suorum Episcopalium stabilium sortem Monasterio praefato magis vicinam, et commodam atque ad sustentationem octo Religiosorum, nec non ad manutenendum et reparandum Ecclesiam, et Monasterium satis abbundantem exdivisit, et Instrumento speciali ab utrinque sub die vigesima sexta Junii anni currentis 1752 confecto et subscripto cessit, atque

---

[78] Alumnus basilianus Collegii de Prop. Fide, ordinatus sacerdos die 15. IV. 1753 ab Ep. Dyrrachien, Schirò.

[79] Antonius Barberini, OFCap., frater Urbani PP. VIII; obiit an. 1646. Hic etiam Hospitium SS. Sergii et Bacchi monachis ruthenis donavit et dotavit.

perpetuo donavit, eosdem in actualem corporalem et plenariam ejusdem sortis possessionem, usumfructum et proprietatem induxit. Ut vero haec utriusque partis amicabilis compositio plenum robur, et firmitatem perpetuam obtineret, junctim tam ipse Orator, quam dicti Provincialis et Religiosi ad R.P.D. Nuncium saepedictum pro ejusdem compositionis amicabilis confirmatione recursum fecerunt, qui tamen licet in toto et per totum supradictam compositionem amicabilem, ut aequam et justam, Decretoque Apostolico consonam, atque Monasterio praefato valde utilem judicaverit, Oratori nihilominus atque Religiosis supraditis ad Sanctitatem V.ram, Sanctamque Sedem pro dicta firmiori approbatione recurrere consuluit, suamque recommendationem suis litteris 26 elapsi Julii Dresdae datis benigne appromisit. His igitur sic stantibus Orator humillime supplicat (f. 185) Sanctitati Vestrae quatenus supradictam combinationem amicabilem praesenti supplici libello in copia adnexam Apostolica auctoritate confirmare non dedignetur. Cujus gratiam, etc.

(f. 185v) Ad Ss.mum D.num N.rum Papam Benedictum XIV.

Pro Onuphrio Szumlanski R.G.U. Episcopo Premisliensi.

A Mons. Segr.rio di Propaganda che ne parli.

Ex Audientia Ss.mi habita die 14 Januarii 1753:

Sanctissimus benigne annuit juxta petita, et Breve desuper opportunum expediri mandavit.

Nicolaus Lercarius, Secr.rius.

101.

29. VII. 1753.

De residentia Consultorum Basilianorum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1751 a tutto il 1754, vol. 7, fol. 243.

Udienza 29 luglio 1753.

B.me Pater.

Protoarchimandrita cum suo Consultorio Ordinis S. Basilij Magni Congregationis Ruthenorum humillime S. V. exponit, quod sicut ipse omnes Ordinationes S. V. devote recipit, ita et novissimam eam Resolutionem, quae est de Residentia sui Consultoris Generalis ad latus executioni quam primum studiose daret, nisi obstaret impedimentum, eo quod Orator non praevidens obligationem illam de Residentia Consultoris, ad securitatem loci pii et commoditatem Religiosae familiae, majorem partem illius Monasterij in quo praefatis Consultoribus residentia designari debuit et cujus cellae ex ligno erant, fabricaturus ex latere, demoliri fecit, atque ita etiam ipsa familia Religiosa loci illius coarctata existit, Consultoribus plane locus sublatus. Quamobrem devote supplicat S. V. pro relaxatione supradictae Resolutionis per tempus, quoad constructa fuerint cubicula, ut sine periculo vitae in Regione aspera, quod intra triennium futurum Orator confidit, habitari poterunt.

Quam gratiam, etc.

(f. 244v) Ss.mo D.no Nostro Benedicto Papae XIV P. O. M.

Pro Protoarchimandrita Ord. S. Basilij Cong.nis Ruthenorum.

A Mons. Segr.rio de Propaganda Fide, che ne parli.
Ex Audientia Sanctissimi habita die 29 Julii an. 1753:
Ad D. Nuntium pro gratia, veris existentibus expositis.

Nicolaus Lercarius, Secr.rius.

102.

23. IX. 1753.

Quaestio divisionis monasteriorum Basilianorum et acta eorum contraria.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1751 a tutto il 1754, vol. 7, ff. 270-274 e 291v.

Udienza 23 Settembre 1753.

Mons. Nunzio alla Corte di Polonia con suo foglio dei 20 Agosto prossimo passato ha partecipato alla Congregazione di Propaganda, che fin da sei mesi scorsi il Provinciale de' Basiliani di Lituania lo ragguagliò d'una manifestazione fatta negli atti pubblici della Curia del Vescovo Latino di Luceoria dal P. Girolamo Ozimkiewicz, Superiore di quel Monastero, a nome di tutta la provincia di Polonia, intorno alla divisione già ordinata dalla Santità Vostra fra le due Provincie. Avendo pertanto riconosciute quel Ministro Apostolico l'espressioni contenute nella detta manifestazione essere ingiuriose non meno alla Provincia di Lituania, che alla decisione di Vostra Santità, ed al carattere della di Lui rappresentanza, stimò opportuno di ordinare immediatamente al P. Generale di sospendere dal Superiorato l'accennato P. Ozimkiewicz e di comandargli in virtù di s. obbedienza di ritirar onninamente dagl'atti la manifestazione. Intorno al primo punto il Religioso accettò la sospensione dall'ufficio, ma quanto al secondo ricusò di ubbidire, col pretesto che avendo fatto la manifestazione per ordine de' suoi Superiori Provinciali, non poteva ritirarla senza un ordine de' medesimi.

In seguito a ciò pervenne a Mons. Nunzio Lettera del Provinciale, e Consultori di Polonia, con cui fu (f. 271) rappresentato dai medesimi, che tutta la loro Provincia si doleva, perchè, contro ogni giustizia, e dovere era stata calunniata presso quel Prelato, come se la medesima avesse ardito dimostrarsi disubbidiente agl'ordini superiori della S. Sede, ed a quei del di Lei Ministro, quando la detta Provincia non ha inteso di fare altro per mezzo della predetta manifestazione, che di usare diligenza per venire in cognizione di ciò, che la S. Sede aveva risoluto sulle differenze delle due Provincie, atteso che sopra la decisione delle medesime non era stato loro manifestato cosa alcuna. Quindi supplicano Mons. Nunzio, affinchè desista dalla ingiunta privazione del Superiorato contro il Religioso Oziemkiewicz, e permetta (f. 271v) insieme, che resti ferma la manifestazione, come fatta lecitamente e de jure.

Non stimò a proposito il Prelato di rispondere a detta Lettera, per non entrare in contestazione di parte come esigeva il tenore di essa, ma ordinò al P. Generale di comandare al Provinciale, che sotto pena della sospensione dall'Uffizio, non solamente facesse ritirare dagl'Atti la manifestazione, ma facesse ancora col suo Consultorio una dichiarazione, nella quale si protestasse, che tutta la Provincia accettava colla dovuta sommissione e rispetto la decisione di Vostra Santità riguardo alla

divisione de' Monasterij, e sebbene il Padre Generale abbia assicurato il Ministro Apostolico di avere intimati al Provinciale (f. 272) i di lui ordini, nulladimeno non vedendo ancora seguirne l'effetto, e sembrandogli, che una più lunga tolleranza oltrepassi i limiti di una discreta convenienza, si è creduto in obbligo d'informare del fatto la Cong.ne della quale stà attendendo gli ordini che le piacerà dargli sopra questa materia.

Passando ora al contenuto della Manifestazione della quale Mons. Nunzio ha trasmesso l'ingionta copia, si asserisce in sostanza, che sotto il dì 30 Agosto dell'anno scorso il P. Girolamo Oziemkiewicz, Superiore del Monastero di S. Croce in Luceoria, costituito personalmente avanti pubblico Notaro tanto in nome proprio, che de' Provinciali, (f. 272v) Exprovinciali, Protoconsultori, Consultori, Segretarj, e di tutti i Superiori de' Monasteri della Provincia di Polonia, ha fatto istanza, che questa sua Manifestazione fatta in nome come sopra, venga inserita negli Atti pubblici, dichiarando per mezzo di questo suo Istromento che la Provincia di Lituania pretende ingiustamente, ed indebitamente di appropriarsi di alcune Abbazie e Monasterij spettanti alla Provincia di Polonia, per i quali allega diffusamente i titoli, che la medesima suppone di avere contro le ragioni dedotte in questa causa tanto avanti Mons. Nunzio in Polonia, che alla S. Sede, ideandosi, che la Santità Vostra abbia deciso questa importante (f. 273) controversia fra le due Provincie colla sola seconda relazione trasmessa alla Congregazione di Propaganda dal Procuratore Gen.le della Provincia di Lituania, senza udire le ragioni dell'altra e senza comunicare prima della proposizione della Causa questa seconda relazione, la quale avrebbe dimostrato gli errori sostanzialissimi della medesima, e fatto costare insieme gl'altri suggeriti da Mons. Lascaris, Vescovo di Zenopoli,[80] per parte dell'anzidetta Provincia di Lituania. Che pertanto essendo emanata una tale risoluzione pregiudizialissima, *inaudita Provincia Polona,* ed appoggiata alla seconda relazione sospetta, e non comunicata, (f. 273v) ed altresì ripiena di errori, ed equivoci presi in iure, et in facto dal predetto Mons. Lascaris, quali hanno dato motivo alla detta risoluzione, benchè ad essi non nota; perciò si è creduto dalla detta Provincia di Polonia di fare inserire negl'atti di pubblico Notaro una simile manifestazione, tanto più, che alla medesima non è stata giammai esibita alcuna copia autentica dell'accennata Pontificia risoluzione, nè per mezzo del Capitolo Generale tenutosi nel mese di Settembre del 1751, nè per il canale di Mons. Nunzio Apostolico, del quale solamente fu prodotta una sola lettera, nella quale si faceva qualche menzione della predetta decisione; cosicchè, ad oggetto, non si rechi pregiudizio alla (f. 274) loro Provincia, nè possa da ciò desumersi alcuna tacita confessione, e rispettivo consenso di essa, che possa dirsi impeditivo del ricorso alla Santità Vostra, alla quale protestano qualunque ben dovuta sommissione, hanno stimato espediente di venire ad un atto così leggittimo, e ragionevole per provvedere alla indennità della loro Provincia nella nuova revisione della Causa.

Ex audientia Ss.mi, habita die 23 Septembris anni 1753: Lectum.

Nicolaus Lercarius, Secretarius.

---

[80] Georgius Maria Lascaris, theatinus, Episcopus Zenopolitanus (1741-1755).

103.

23. IX. 1753.

Causa Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis de non introducendis sacerdotibus saecularibus in ecclesiam Confraternitatis.

APF, *Udienze di N.ro Signore*. dall'anno 1751 a tutto il 1754, vol. 7, fol. 288-291.

B.me Pater (f. 288)

Sodales Confraternitatis Stauropigianae nuncupatae Ruthenorum cum S. R. E. Unitorum in civitate Leopolien. sub titulo seu invocatione Assumptionis B. M. Virginis canonice erectae, humillimi S.tis V.rae Oratores reverenter exponunt, qualiter post susceptam unionem amplissimis exemptionum privilegiis a S. Sede donati fuere,[81] quorum vigore nedum ipsa Confraternitas, illiusque Ecclesia, et Monasterium, sed et omnes illius Officiales, ac nominatim Monachi Basiliani ab antiquo circa Ecclesiam d. Confraternitatis degentes a quavis correctione, et jurisdictione Loci Ordinarii prorsus immunes, et exempti declarati fuere. Nunc vero quidam Antonius Lewinski, Presbyter saecularis, et Officialis Ordinarii Leopolien. cupiens in locum PP. Basilianorum (qui quatuor ad regimen d. Confraternitatis, et ad obeunda munia ecclesiastica ibidem ex antiquo jure, et praescripto Commissionis Apostolicae constituti sunt), cum suis saecularibus Presbyteris admitti, primo instantiam fecit eidem Confraternitati, quae cum justis de causis ejus petitioni assentiri renuisset, recursum inde fecit ad R.mum Poloniae Nuntium, a quo litteras simpliciter hortatorias, et commendatitias (f. 288v) obtinuit, nullum praeceptum continentes. Cum vero receptis hisce litteris iterum in obsequium convocata fuerit Confraternitas, ut per vota secreta deliberaret, an essent admittendi Presbyteri saeculares in locum PP. Basilianorum, res denuo plenis ferme suffragiis conclusa fuit pro manutentione Monachorum. Hinc antedictus Lewinski hujus novitatis author novas litteras ab eodem R.mo Nuntio ad Confraternitatem exspostulavit, quibus de ordine S.tis V.rae praecipitur, ut admissio saecularium Presbyterorum omnino subsequatur. Quamobrem Oratores antedicti provoluti ad plantas S.tis V.rae cum omni submissione, et obsequio clementiam, et justitiam ejus implorare aguntur, ut perpensis sequentibus rationibus dictum mandatum revocare non dedignetur.

Primo, quia alias prejudicium inferretur servitio Ecclesiae et Confraternitatis, cum inter Presbyteros saeculares difficile admodum sit Personas idoneas et capaces reperiri, qui sacramentales confessiones excipere, praedicationem absolvere, et alia munia ibidem explere, ac regimen Confraternitatis habere valeant, cum, uti notum est S.ti V.rae, vix in Clero saeculari datum sit invenire Presbyteros, quibus cura ecclesiarum Parochialium committi possit.

Secundo, quia tali modo Confraternitas amitteret libertatem electionis, nam, ob penuriam saecularium Presbyterorum, semper coacta esset concurrentes approbare, et admittere, sive fuerint capaces, sive non.

---

[81] Anno 1709; cfr. Breve sub dat. 5. IV. 1709, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 9, nr. 628.

(f. 291) Tertio. Quia in pluribus legatis piis Confraternitati relictis nominatim expressi sunt tantum Monachi Basiliani veluti ibidem ab antiquo existentes, unde per eorum amotionem in dubium revocari possent eaedem piae largitiones, quas Monachi sibi applicare praetenderent, et Confraternitas saltem gravissimis litibus implicaretur.

Quarto. Quia ex Presbyteris saecularibus pauci reperiuntur, qui coelibatum servant, ideoque, si non hodie, saltem tractu temporis vel ob penuriam Presbyterorum coelibum, vel ob fautoratum ipsorum Confratrum admitterentur Presbyteri saeculares uxorati, quorum admissio nonnisi scandalorum, et inconvenientiarum occasio esse potest.

Quinto. Quia vigore saluberrimae Decretalis S.tis V.rae, quae incipit « *inter plures* », cum in Ecclesia et Monasterio dictae Confraternitatis quatuor tantum Monachi et non octo sustentari valerent, jam in illius sequelam peracta fuit affiliatio PP. Basilianorum in Monasterio Confraternitatis existentium alteri Monasterio S. Georgij Cathedrali Leopoliensi; unde amotio eorundem Monachorum fieri nequit, nisi destruendo consultissimam S.tis V.rae Decretalem, et actum dictae affiliationis jam rite secutum.

Et sexto, demum, quia per admissionem saecularium Confraternitas amitteret in parte sua amplissima exemptionis privilegia, quia iidem saeculares Presbyteri in pluribus jurisdictioni Ordinarii subiicierentur, et daretur occasio de dicta exemptione varias controversias excitandi.

(f. 291v) Ss.mo D.no N.ro Benedicto PP. XIV.

Pro Sodalibus Confraternitatis Stauropigianae Ruthenorum cum S. R. E. Unitorum Civitatis Leopolien.

A Mons. Segr.rio di Propaganda che ne parli.

Ex Audientia Ss mi habita die 23 Septembris anni 1753: Lectum.

Nicolaus Lercarius, Secretarius.

104.

16. XII. 1753.

Pro admissione cuiusdam Alumni ex Eparchia Fogarasiensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1751 a tutto il 1754, vol. 7, fol. 312.

Udienza 16 dicembre 1753.

Monsig. Pietro Aron, Vescovo Greco di Fogaras,[82] ha spedito il Giovane Francesco Laszlo di rito Greco per essere ammesso in questo Collegio Urbano. Ma siccome attese le prossime Feste del Santo Natale, non vi sarà Cong.ne Gen.le prima dell'Anno nuovo, è supplicata umilmente la Santità Vostra di condescendere acciò sia ricevuto per Alunno in detto Collegio.

Ex Audientia Ss.mi habita die 16 Decembris an. 1753: Sanctissimus annuit.

Nicolaus, Archiep.us electus Rhodiensis, Secretarius.

---

[82] Episcopus Fogarasiensis (1753-1765), ex Ordine Basilianorum.

105.

31. III. 1754.

De confirmatione cuiusdam fundationis Principis Czartoryski.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1751 a tutto il 1754, vol. 7, fol. 328 e 333rv.

Udienza 31 Marzo 1754.
B.mo Padre.

Federico Michele Czartoriski, Gran Cancelliere di Lituania,[83] ossequiosamente espone alla B.ne V.ra, che avendo di fresco acquistato per ragione di Eredità la Contea di Volczyn, v'ha trovato sette Chiese Parrocchiali Rutene fondate da suoi Antenati, e servite da Preti secolari del medesimo Rito. Attesa però e la povertà di tali Chiese, e molto più l'ignoranza di tali Preti, esser eglino obbligati d'assistere alla famiglia, ed il dovere colle proprie mani coltivare li terreni costituiti per dote di ciascheduna di quelle Chiese, il Popolo è così male istruito, che ignora anche quelle cose, che sono necessarie per l'eterna salute.

Conoscendosi dunque obbligato di provvedere alla istruzione de' suoi sudditi, ha pensato di collocare sette Monaci Basiliani della provincia di Lituania nella Parrocchia di già eretta nella Città di Volczijn, la quale prima solea conferirsi ad un Sacerdote secolare, lasciando le altre sei Parrocchie alli Sacerdoti secolari Ruteni. Ad effetto però, che ivi possano sostentarsi li suddetti sette Monaci, l'Oratore richiede la permissione di poter commutare i piccoli fondi appartenenti alla medesima Chiesa, e che appena sono sufficienti a sostentare un solo Sacerdote, in altri fondi, li quali rendano annualmente il fruttato di trecentocinquanta scudi per il mantenimento delli suddetti sette Monaci. Questi poi dovranno essere obbligati di servire la parrocchia di Volczijn, ed in ogni anno in tempi determinati portarsi regolarmente (f. 328v) nelle altre sei parocchie di quella Contea, ed ivi predicare al Popolo, insegnando il Catechismo, fare le S. Missioni e finalmente istruire i Chierici per renderli abili al Sacerdozio.

Avendo l'Oratore tutto ciò annunciato al P. Generale de' Monaci Basiliani,[84] questi si è mostrato pronto di ricevere la fondazione, ed obbligare la Provincia di Lituania alle condizioni di già espresse, quando vi concorra il consenso dell'Ordinario, e l'approvazione della Sede Apostolica.

Il Vescovo di Vladimiria,[85] come Ordinario del luogo non solo ha dato sopra di ciò il suo consenso, ma ha riconosciuto ancora l'opera molto utile, e vantaggiosa alla salute di quelle anime, e di maggior gloria di Dio, conforme apparisce dall'annesso di Lui attestato.

Siccome pertanto nel Sinodo di Zamoscia, sess. 3 tit. 20, si ordina, ne amplius Ecclesiarum natura mutetur, perciò l'Oratore supplica la S.tà V.ra di permettergli di

---

[83] Federicus Czartoryski, Cancellarius Lithuaniae (1751-1775).

[84] Heraclius Lisanskyj, Protoarchimandrita (1751-1759).

[85] Theophilus Godebskyj (1730-1756).

mutare la qualità della suddetta Parrocchia di Wolczijn, cioè, che essendo stata sino ad ora destinata per un Sacerdote secolare, sia in perpetuo addetta alli Monaci Basiliani, e che in essa risiedano sette Monaci della Provincia di Lituania, concedergli inoltre la permissione di permutare i piccoli fondi in altri migliori, e che rendano l'annuo fruttato di trecento (f. 333) cinquanta scudi romani. E finalmente confermare la nuova fondazione con li suddetti obblighi alli Monaci per il miglior servizio della Parrocchia, il bene spirituale delle anime di tutta la Contea, e per la maggior gloria di Dio, etc...

Alla Santità di N.ro Sig.re Papa Benedetto XIV.

Federico Michele Czartoryski (f. 333).

Ex Audientia Sanctissimi habita die 31 Martii an. 1754:

Sanctissimus benigne annuit juxta preces, Epistola Decretali Sanctitatis Suae quae incipit « Inter plures » aliisque in contrarium non obstantibus, et Breve desuper necessarium, et opportunum in forma Commissaria ad Nuncium Apostolicum expediri mandavit.

N. Archiep.us Rhodiensis, Secr.rius.

106.

2. III. 1755.

De introducendis sacerdotibus saecularibus in ecclesiam Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 19-22v.

Udienza 2 Marzo 1755.

Per ordine della S.tà di N.ro Sig.re e delle Sag. Congregazione, ed in conformità del prescritto dalla sapientissima Decretale *Inter plures* nel § *Huic autem epistolae,* Mons. Archinto,[86] mentre era Nunzio in Polonia, fin dal 1753 a forza di sospensioni ed interdetti finalmente rimosse dal servigio della Confraternità e Chiesa Stauropigiana di Leopoli soggetta immediatamente alla Santa Sede tre o quattro Monaci Basiliani che *come Cappellani* amovibili la servivano. Ricusò lungo tempo la detta Confraternita di nominare in esecuzione del suo preteso Juspatronato altri Sacerdoti del Clero secolare Ruteno per il serviggio della sua Chiesa, e per l'amministrazione de' Sagramenti alle Anime della Parrocchia ad essa annessa, pretendente in ogni conto di non accettarne che dell'Ordine Basiliano, sicchè ottenuta sotto il 2 Febbraro (f. 19v) 1754 facoltà necessarie dalla Santità Sua, e dalla Sagra Congregazione, dopo essere spirato il termine canonicamente prescritto alla medesima, per non lasciare più lungamente sprovvista quella Chiesa, e Cura de' necessarj Ministri, dovette lo stesso Mons. Nunzio procedere alla nomina di un Parroco, e di due altri Sacerdoti Coadjutori del rito medesimo, e commise all'Ordinario Ruteno di Leopoli di quanto prima installarli. Volendo dunque il suddetto Ordinario eseguire gli ordini ricevuti

---

[86] Albericus Archinto, Nuntius Varsaviensis (1746-1754).

da Mons. Nunzio, ed installare li Sacerdoti da esso nominati, vi si opposero temerariamente i Fratelli della Stauropigiana, e chiusero con scandalo universale la loro Chiesa non permettendone ai medesimi in modo alcuno l'ingresso, onde fu costretto il detto Ordinario in virtù degl'ordini, e facoltà avute da Mons. Nunzio di procedere (f. 20) contro i più contumaci alle censure ecclesiastiche, ma questi vieppiù induriti nella loro malizia, e insordescendo nelle censure non solo da molti mesi continuano ad essere inobbedienti, e a ritenere chiusa, e senza officiatura la Chiesa, ma dippiù hanno ardito sotto il pretesto di privilegi reali conceduti alle loro Confraternite di ricorrere alla potestà laica e di surrettizziamente procurare sotto li 14 dicembre 1754 un Rescritto Regio, con cui vengono contro ogni diritto assegnati diversi Commissarj per esaminare se siano leggittimamente o no rimossi li Monaci Basiliani dal servigio della Stauropigiana e per punire per via d'inquisizione chiunque avesse ardito di pregiudicare ai pretesi privilegj della medesima e di procurare la suddetta rimozione, quasicché potessero o dovessero esser soggetti i Decreti Pontificj emanati per il buon ordine di una Confraternita alla S. Sede immediatamente soggetta allo scrutinio, e (f. 20v) riforma della Potestà laica, e potesse essere ciò cassato dalla S. Sede è stato con somma prudenza e giustizia stabilito, che però è di mestieri che la Santità Sua e la Sagra Congregazione senza dilazione commettino al moderno Mons. Nunzio di Polonia di rappresentare al Re, e Reali Ministri di Polonia l'inconvenienza di questo Rescritto, e la necessità di richiamare immediatamente, e sospenderne l'esecuzione per evitare lo scandalo e il disordine che ne può succedere se mai da qualcuno de' Commissarj deputati si eseguisse imprudentemente ed acciocché Mons. Nunzio sia pienamente informato di tutte le circostanze che accompagneranno questo interesse è opportuno di spedirgli copie tanto del detto Real Rescritto, che di tutti gli ordini dati dalla Sag. Congregazione a Mons. Archinto suo Predecessore; et intimargli di prendere coi Reggi Ministri tutte le necessarie misure non solo per supprimere quel Decreto surrettizio, ma ancora per costringere in tutti i conti la disubbidiente Confraternita (f. 21) Stauropigiana anche con riaggravare le censure, se così giudicasse necessario, alla dovuta sommissione alla Sag. Congregazione, da cui come esente dalla giurisdizione dell'Ordinario immediatamente dipende, potendo poi dopo di haver ubbidito rappresentare li pregiudizij che s'immagina di aver sofferti, sicura di ottenerne la dovuta giustizia.

Siccome tutti i pretesti dei Stauropigiani in voler esclusi dal serviggio della loro Chiesa li Preti secolari, è per timore di dover in conseguenza essere sottoposti alla giurisdizione dell'Ordinario, e pregiudicati nel libero esercizio del suo juspatronato, potrà facilmente Mons. Nunzio convincere ognuno del contrario, con far vedere, che era stato loro riservato da Mons. Nunzio Archinti l'uno e l'altro privilegio, con aver da una parte preceduto sempre con ordine, ed a nome della S. Sede Apostolica, senza lasciare, che il Vescovo s'ingerisca in cosa alcuna fuori che in ciò riguarda la Cura dell'Anime, e con aver dall'altra (f. 21v) parte prescritto termine alla Confraternita di nominare tra i Preti secolari idonei del suo Rito chiunque gli fosse a grado, non procedendo egli stesso a nominarli, che per supplire al disordine causato dalla loro ostinata disubbidienza, che ricusava di nominarli, e lasciava la Chiesa, e Cura senza i necessarij ministri.

E perché è egli certo che malizia dei Stauropigiani fomentata forse anche dai Mo-

naci Basiliani tende col detto Rescritto a rovinare li poveri Preti secolari nominati da Mons. Archinti al serviggio della loro Chiesa, spacciandoli per autori, e fomentatori delle decisioni emanate dalla Sag. Congregazione, è bene, che Mons. Nunzio odierno faccia riflettere, che in tutto questo affare nè il Clero secolare, nè l'Ordinario di Leopoli vi ha la minima parte, essendo stata unicamente mossa la Sag. Congregazione a rimuovere i Monaci dalla Stauropigiana dalla necessità d'impedire li pregiudizj, che giornalmente arrivano alla regolare osservanza dalle picciole Communità religiose, e dal volere eseguire per quanto è possibile il prescritto dalla Decretale « *Inter plures* » al paragrafo: « *Huic tamen epistulae* », che vuole abboliti tutti quei (f. 22) piccioli monasterij, che non sono sufficienti di mantenere almeno otto Monaci, onde a torto si lagnano del Clero secolare, che in tutto questo non è nè attore nè reo, e piuttosto ne segue che col reggio rescritto, con insolenza impraticata, e con malizia finissima hanno preteso servirsi della sorpresa pietà del Re di Polonia, e de' Reali Ministri per trovare un appoggio, che a causa cognita loro era stata sempre negata per la disubbidienza ostinata mostrata fin'ora alle disposizioni saviissime de' suoi Superiori supremi.

Avverta ancora Mons. Nunzio esser mente della Sag. Congregazione che la Confraternita non si lusinghi di poter eludere le sue determinazioni, con proporre di aumentare la fondazione, acciò possino sussistere presso la loro Chiesa otto Monaci, sì perchè gli costa dai conti del dare, ed avere della Confraternita, che non è in istato la medesima di aggravarsi di simil peso, costando nell'Archivio della Sag. Congregazione che sotto li 9 dicembre 1727, ad istanza dell'istessi Confratelli fu obbligata di definire non essere obbligata la Confraternita a sostenere più di 4 Sacerdoti, *ne eadem sumptibus praeaggravetur*; ed inoltre che sebben si trovasse chi del proprio volesse accrescere la suddetta fondazione, il che (f. 22v) non è facile da credersi, con tutto ciò non potrebbe mai permettersi dalla Sag. Congregazione che tornassero colà i Monaci, per essere disdicevole al loro stato, e pregiudizievole alla religiosa osservanza, che risiedano al servigio di una Chiesa otto Monaci amovibili ad nutum non de' loro Superiori, ma de' Fratelli provvisorj, come costa da un articolo della loro erezione da' 13 di Novembre 1589, presentato in un foglio alla Sag. Congregazione, in cui dicesi: *Liceat Sacerdotes, qui Confaternitati videbuntur, assumere, eosque sibi non arridentes regolare*, — dal qual testo apparisce che nella fondazione della Confraternita non *è* stata mai mente che dovessero eleggersi soli Monaci al suo serviggio, ma ancora Preti secolari di suo Rito, anzi dalle memorie costa essere stata quella Chiesa servita da Preti secolari, e se più tosto Monaci, che altri sono espressi in alcuni privilegj, non è perchè a quelli privativamente fosse attribuito il serviggio della Stauropigiana, ma perchè s'intendeva, che que' Sacerdoti che la servivano, o Monaci, e Preti secolari, fossero esenti dalla giurisdizione dell'Ordinario.

Finalmente può osservare Mons. Nunzio, che si poteva dissimulare la residenza di 3 o 4 Monaci al servigio di una chiesa secolare, allora che prevaleva lo scisma, e non erano uniti li Monaci in Congregazione e Provincia, sotto i loro Superiori Generali, come sono presentemente, e sotto de' Provinciali, ora sarebbe contro la pratica della Chiesa Cattolica, etc.

(f. 19) Ex Audentia Ss.mi habita 2 Martii an. 1755:

Sanctissimus votum R.P.D. Archiepiscopi Theodosiensis benigne approbavit.

Nicolaus, Archie.pus Rhodiensis, Secretarius.

107.

4. VII. 1756.

De residentia Consultorum generalium Basilianorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 246-247v.

Udienza 4 Luglio 1756.
B.mo Padre.

Il Proto Archimandrita dell'Ordine di San Basilio della Congregazione de' Ruteni [87] umilissimo oratore della S. V. volendo eseguire i supremi ordini di V. B. concernenti la Residenza de' Consultori Generali presso del medesimo, riconobbe necessario di aggiugnere un braccio di nuova fabbrica al Monastero di Torokanie (2), assegnato per tale residenza da' Capitoli Generali dell'Ordine,[88] e perchè durante il tempo di tal fabbrica si rendeva impossibile l'accennata residenza de' Consultori Generali in tale Monastero, supplicò la clemenza di V.ra S.tà di permettere, che frattanto li suddetti Consultori potessero risiedere in altri Monasteri, in maniera però, che potessero facilmente radunarsi insieme, quando il bisogno lo richiedesse; si degnò pertanto la S. V. con Pontificio Rescritto de' 29 Luglio 1753 di dispensare per tre anni li suddetti Consultori dal risiedere in Torokanie, credendosi, che tal tempo sarebbe stato sufficiente per condurre a termine la nuova fabrica.

Si accinse ben presto l'Oratore a farla, ma a li rigidissimi freddi, che in tempo d'inverno non permettono in quelle Regioni di far simili lavori, essendo nell'estate dell'anno scorso succedute piogge quasi continue, non solo non si è potuta terminare la nuova incominciata fabrica, ma neppure si è asciugata quella, che erasi fatta, sicchè possa senza pericolo essere abitata. Dall'altro canto il servizio del Coro, della Chiesa, e l'osservanza della Disciplina Monastica non permettono, che possa colà diminuirsi il numero de' Monaci di famiglia. Perciò l'Oratore supplica la somma benignità di V.ra B.ne degnarsi di prorogare ad un altro biennio il già concesso indulto. Che etc.

(f. 247v) Alla S.tà di N.ro Sig.re PP. Benedetto XIV.
Per il Protoarchimandrita de' Monaci Basiliani Ruteni.
A Monsig. Segretario di Propaganda che ne parli.
Ex Audentia Ss.mi hab. die 4 Julii an. 1756:
Sanctissimus benigne annuit pro gratia juxta petita.
Nicolaus, Archie.pus Rhodiensis, Secr.rius.

---

[87] Heraclius Lisanskyj (1751-1759).

[88] Praesertim in Capitulo Gen. Dubnensi an. 1743, in quo Ordo S. Basilii Magni Ruthenorum constitutus fuit, constans duabus provinciis, Lithuana et Polona. Cfr. M. Wojnar, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949; Idem, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954.

108.

4. I. 1757.

Obiectiones contra Episcopum Volodimiriensem et de modo providendi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 256-258v.

Udienza 4 Gennaio 1757.

Essendo stato fatto un ricorso a V.ra S.tà contro Mons. Teofilo Godebski, Vescovo Ruteno di Wladimiria e Brest,[89] dal Clero secolare di quella Diocesi, fu commesso per ordine della Santità Vostra, con lettera alla Sag. Congregazione di Propaganda, a Mons. Nunzio in Polonia d'incaricare Mons. Riaucourt, Vescovo di Tolemaide, Vicario Generale del Vescovo Latino di Luceoria,[90] di prendere un'informazione stragiudiziale sopra la verità di quanto era stato espresso dai Ricorrenti. Ha esso adempito con tutta esattezza ed attenzione questa incumbenza, ma siccome s'è avuta notizia certa della morte del suddetto Vescovo di Wladimiria, per cui non può procedersi ulteriormente (f. 256v) contro la di lui Persona, quindi è necessario di riparare alle conseguenze perniciose di gravi eccessi dal medesimo commessi.

E primieramente risulta dalle deposizioni stragiudiziali di 185 testimoni, ch'il predetto Vescovo di Wladimiria ha promosso agl'Ordini più persone simoniacamente, e specialmente un certo Holubowicz, dal quale ricevé 100 scudi; similmente non ha voluto ordinare persone povere senza denari, e con i più ricchi, stante lo sborso, che facevano, ha proceduto con maggior piacevolezza; anzi si asserisce, che raro è quello, il quale sia stato promosso al Sacerdozio senza patto, dimodoché quasi tutti si reputano incorsi nella simonia, per la quale implorano l'assoluzione dalla Santità Vostra.

2. Depongono 161 testimonj, che nel tempo di darsi l'istruzione agli Accoliti (f. 257) esaminandi, ed ordinandi, in luogo di detta Istruzione il Vescovo li faceva applicare a segare legnami, fare ardere le fornaci, murare, e fare altri officj simili.

3. Affermano altrettanti testimonj, che essendo stato privato del Benefizio, e dichiarato irregolare per omicidio commesso, un certo parroco della chiesa Moszczanense, il medesimo fu dispensato dall'irregolarità e tornato in possesso del suo Benefizio dopo tre anni, con aver passato al Vescovo 100 zecchini d'Ungheria.

4. Ha assoluto di propria sua autorità dalla scomunica maggiore del Can. « si quis » due sacerdoti chiamati Paszchiewicz, e Jackowicki, avendo ricevuto dal primo zecchini ungheresi 45 e dal secondo 80.

5. Similmente che di propria sua autorità ha dispensato (f. 257v) dall'irregolarità proveniente da difetto notabile il curato Buckilowicz per zecchini 15, ed altro par-

---

[89] Dum Episcopus adhuc in vita erat. Obiit anno 1756.

[90] Non constat de quonam Episcopo agitur, nam episcopus Franciscus Kobielski anno 1755 obiit, cui successit Antonius Wollowicz (1755-1769). Ludovicus Riaucourt, Episcopus Ptolemaiden (1749-1777).

roco della Chiesa Lyscicense per esser privo dell'occhio del Canone, ed altre Persone parimenti irregolari.

6. Attestano 161 testimoni, che un certo Hajewski con pagare 30 zecchini ungheri fu promosso al Presbiterato nell'età di 21 anno.

7. Finalmente si raccoglie dall'esame di 185 testimonj, che da qualunque Persona, che ha desiderato ottenere il consenso del Vescovo per farsi presentare dai Padroni de' Benefizj, ha esatto Imperiali 3 e 1/2 almeno, e più ancora dai più ricchi, altrimenti non voleva ammettere la presentazione.

Essendosi dunque avuto notizia della morte del suddetto Vescovo Ruteno di Wladimiria (f. 258) rimane di provvedere alle coscienze di quei Sacerdoti, che sono stati ordinati simoniacamente, e dispensati senza facoltà dalla irregolarità, e provveduti di benefizj, de' quali erano incapaci, onde si supplica umilmente V.ra Santità di concedere le facoltà necessarie a Mons. Vescovo di Tolemaide di assolvere in utroque foro dalle censure, dispensare dalle irregolarità, e che possano ritenere i Benefizj tutti quelli, che hanno commesso simili delitti, etc.

[Non esiste annotazione: « Ex Audentia etc. bensì«]:

(f. 299v) Ruteni: 4 Gennaio 1757.

Si assolvono gl'Ordinati simoniacamente, e i Dispensati dall'Irregolarità senza facoltà del defonto Teofilo Godebski, Vescovo Ruteno di Wladimiria, e Brest.

109.

19. IX. 1757.

De commutatione bonorum ecclesiasticorum in Eparchia Pinscensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 346-347.

Udienza 19 settembre 1757.

Mons. Vescovo Ruteno di Pinsco espone all'EE. VV., ch'il Parroco della Chiesa Otolzinense, non essendo esso solo sufficiente al numeroso popolo di essa, ha determinato di dargli per ajuto un Vicario perpetuo, ma siccome esso in vicinanza di detta Chiesa non ha alcun predio da poterlo assegnare per sussistenza di detto Vicario, supplica la S. Cong.ne a volergli impetrare da N. S. la permissione di poter commutare un predio chiamato Polkoticzi con altro predio o terreno di ugual valore, esistente nei limiti di detta parrocchia e spettante al Cav. Strawinski, patrono della medesima.

Congr. Gen. 19 settembre 1757 (f. 347v).

Ad Secr.rium cum Ss.mo.

Ex Audentia Ss.mi die 20 Sept. 1757:

Sanctitas Sua benigne concessit petitatm facultatem servatis de jure servandis, ad effectum constituendi Capellanum Vicarium, qui adjuvare possit Parochum Ecclesiae Otolczinensis in administratione Sacramentorum et aliis functionibsu Parochialibus.

S. Antonellus, Secr.rius.

110.

5. *IX. 1758.*

De Coadiutoria Metropoliae Kioviensis.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, fol. 401.

Udienza 5 settembre 1758.
E.mi et R.mi Domini.

Jason Smogorzewski, Ordinis S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum, et quidem Provinciae Lithuaniae Monachus expresse professus, ac humillimus EE. VV. Orator, quo par est obsequio exponit, R. P. D. Florianum Hrebnicki Arche.pum Polocensem, totiusque Russiae Metropolitam a Sacro hoc Tribunali, approbante sa. me. Benedicto PP. XIV, anno 1744 et 1750, facultatem obtinuisse deputandi sibi Coadjutorem cum futura successione pro Ecclesia Polocensi. Accedente itaque Serenissimi Poloniarum Regis consensu, seu nominatione, praefatus Archie.pus Oratoris personam, quamvis immerentem, in ejusmodi selegit Coadjutorem, deindeque consuetum super Promovendi qualitatibus Processum confecit, Litteras institutionis ad eandem Coadjutoriam tradidit, fructusque Ecclesiae Vitebscensis, quae Polocensi est unita, pro congrua Oratoris sustentatione, more in Coadjutoriis Polocensibus hucusque servato, libere assignavit, ac denique facultatem ubicunque suscipiendi consecrationem largitus est.

Cum autem Orator Romae sit praesens pro vindicandis, asserendisque Ecclesiae et Cleri Polocensis juribus, crebrisque praedicti (f. 401v) Arichie.pi adigatur stimutis ad consecrationem suscipiendam, hinc EE. VV. clementiam humillime exorat, ut sibi licentiam et facultatem a Ss.mo D.no N.ro impetrare dignentur, pro consecratione suscipienda ab aliquo Antistite Graeci Ritus, quorum duo Romae reperiuntur, Archie.pus nempe Dyrrachiensis et E.pus olim Fogarassiensis, [91] cum assistentia alterius Episcopi Latini, in defectum duorum E.porum Graeci ritus, juxta Privilegium a sa. me. Paulo PP. V. Ruthenis E.pis Anno 1615 die 10 Decembris concessum.

Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc...

(f. 402v) Sacrae Congregationi de Propaganda Fide.

Pro Jasone Smogorzewski, Monacho Rutheno.

In Cong.ne Gen.li die 21 Augusti 1758:

Ad D.num Secr.rium cum SS.mo.

Ex Audientia Ss.mi die 5 Septembris 1758:

Sanctitas Sua remisit instantiam arbitrio E.mi Praefecti S. Cong.nis de Propaganda cum facultatibus necessariis et opportunis.

N. Antonellus, ejusdem Cong.nis Secr.rius.

---

[91] Episcopus Dyrrachien. (Durazzo) in Albania, Josephus Schirò (1736-1770), et Innocentius ein Kl, Episcopus Fogarasien. (1730 - 1751), cui Sedi anno 1751 renuntiavit et Romae vixit usque ad annum 1768, die 22 septembris. Sepultum in ecclesia SS. Sergii et Bacchi.

111.

11. XI. 1759.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum et ingrediendi Ordinem Praedicatorum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re.* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 551-554v.

Udienza 11 novembre 1759.
E.mi et R.mi Domini.

Joannes Obodowski, Ruthenus, annorum aetatis suae novemdecim, ex dioecesi Chelmensi Ritus Graeci cum S.R.E. uniti, humillime exponit se aspirare ad Religionem Ordinis Praedicatorum, ad quam admitti nequit ex solo motivo diversitatis Ritus, quapropter recurrit supplex pro dispensatione transeundi de Ritu Graeco ad Latinum, quem transitum Orator sperat gratum haberi ab Episcopo Rutheno Chelmensi.

Quam etc...

(f. 554v) Sacrae Congregationi Propagandae Fidei.

Pro Joanne Obodowski, Rutheno, ex Dioecesi Chelmensi.

Ex Audientia Ss.mi die 11 novembris 1759:

Ss.mus remisit preces ad S. Cong.nem S. Officij.

Mandato al S. Offizio con Viglietto de' 13 Novembre 1759.

112.

11. XI. 1759.

Licentia mutandi Ritum et ingrediendi Ordinem S. Francisci.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1755 a tutto il 1759, vol. 8, ff. 552-553v.

Udienza 11 Novembre 1759.
Beatissime Pater.

Provincia Russiae Observans Sancti Patris Francisci, in Regno Poloniae, enixis precibus Andreae Snigorovicz, Poloni, Ritus Graeci uniti Laici saecularis, ad Sacram Religionem suscipi postulantis annuens, cum osculo Sanctorum Pedum, Sanctitati Vestrae supplicem porrigit libellum petendo licentiam liberi transitus a Ritu Graeco ad Ritum Latinum pro eodem Andrea Snigorovicz, ne forte ex Spiritu Sancto praeconcepta desideria profitendi Regulam S. Francisci frustrentur.

Quam gratiam Deus, etc...

(f. 553v) Ss.mo Domino Nostro Clementi XIII. P.O.M.

Pro P. Symphoriano, Franciscano.

Ex Audientia Ss.mi habita die 11 novembris 1759:

Ss.mus remisit preces ad S. Cong.nem S. Officij.

M. Marefuscus, Secr.rius.

Mandato al S. Offizio con Viglietto de' 13 novembre 1759.

113.

11. VII. 1763.

Facultas dispensandi ab impedimento consanguineitatis.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1760 a tutto il 1764, vol. 9 ff. 578-579.

Udienza 17 luglio 1763.
B.me Pater.

Theodorus Sorokapud, et Anna Bahryowna, Rutheni Ritus Graeci, in villa Zyrawka, Dioecesis Leopoliensis, servi glebae adscripti, pauperes, bona fide contraxerunt secum matrimonium, et jam prolem procrearunt; nunc vero cum reperti sint esse inter se in gradu 2° et 3° Consanguinitatis, divortiati sunt et inhibiti ne secum cohabitent.

Cupientes modo praevia necessaria dispensatione S. Sedis Ap.licae renovare Matrimonium, humiliter supplicant S. V. ut dignetur benigniter remittere eorum instantiam ad S. Poenitentiariam cum facultatibus necessariis et opportunis, attenta eorum ignorantia supradicti impedimenti, nec non extrema paupertate, prole jam procreata, et difficultate mulieris se conjungendi cum alio viro.

Quam gratiam etc...

Ex Audientia Ss.mi die 17 Julii 1763:

Ss.mus benigne remisit instantiam ad S. Poenitentiariam (f. 578v) cum facultatibus necessariis et opportunis.

Ss.mo D.no Nostro Clementi Papae XIII (f. 579v).

Pro Theodoro Sorokapud et Anna Bahryowna, Ruthenis Ritus Graeci, Dioecesis Leopoliensis.

(f. 574v) P.S. — Mi sovviene che appresso li Armeni la congiunzione pecaminosa non apporta alcuna affinità, e per conseguenza non è impedimento né dirimente né impediente del matrimonio.

Ex Audientia Ss.mi 26 Junii 1763 (f. 575v):

Ss.mus benigne concessit facultatem dispensandi, imposita poenitentia salutari.

M. Marefuscus, Secr.rius

114.

15. IV. 1764.

Retentio fructuum Archimandriae Mielecensis simul cum Metropoliae Kioviensis Coadiutoria, pro Episcopo Leopoliensi concedenda.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1760 a tutto il 1764, vol. 9, ff. 668-673.

Udienza 15 Aprile 1764.

Leo Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, et Camenecensis Ritus Graeci Rutheni Sanctae Romanae Ecclesiae Uniti, et humillimus Orator Sanctitatis Vestrae, eidem exponit, quod dum ipse, attentis ingravescente aetate, infirmaque valetudine Feliciani Wolotkowicz, Archiepiscopi Kiovensis et Haliciensis dicti ritus, pariter uniti, toti-

usque Russiae Metropolitae, ab ipsa S. V. Coadjutor perpetuus, et irrevocabilis in regimine, et administratione earumdem Ecclesiarum Kioviens. et Halicien. cum futura in illis successione Apostolica auctoritate constitutus, et deputatus fuit, ipsi Oratori retentio Ecclesiae Leopolien. et Camenecen. una cum Coadjutoris officio, ad S. V. tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concessa fuit. Praetereaque cum ipse Monasterium, Abbatiam nuncupatum, Mielecen, Ordinis S. Basilij, Juspatronatus Laicorum Principis de Sangusko, ex dispensatione Apostolica nunc obtineret, nulla de eodem Monasterio ratio habita fuit; cum autem ob causas in adnexo folio contentas, Orator plurimum cupiat retentionem Ecclesiarum Leopolien. et Camenecen. tam Coadjutoris officio durante, quam eo cessante, successioni praesenti loco facto, ad S. V. tamen, et Sedis (f. 668v) Apostolicae beneplacitum. Ipsius tamen Monasterii ad sui vitam cum condonatione, quatenus opus sit, fructuum hactenus perceptorum, benigne concedere dignetur. Et pro gratia, etc...

(f. 673v) SS.mo Domino Nostro Clementi Papae XIII.

Pro Leone Szepticki Episcopo Leopoliensi et Camenecensi ritus Graeci Rutheni.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D. Clementis Papae XIII, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 6 Maij 1764:

Ss.mus ex gratia speciali, justis et sibi notis suadentibus causis, benigne annuit in omnibus juxta petita; et decrevit praesens rescriptum Oratori plenissime suffragari absque nova literarum Apostolicarum expeditione, perinde ac si utraque retentio in enunciatis litteris modo et forma in his precibus exquisita, primitus concessa fuisset, quibuscumque contrariis nequaquam obstantibus.

M. Marefuscus, Secr.rius.

115.

25. V. 1764.

Retentio Eparchiae Volodimiriensis pro Metropolita Kioviensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, dall'anno 1760 a tutto il 1764, vol. 9, ff. 695-696v.

Udienza 25 Maggio 1764.

Beatissimo Padre.

Feliciano Wolodkowicz, Arcivescovo Kiovien. et Halicien. del rito ruteno unito, adempiendo all'obbligo impostogli nel Decreto Concistoriale de' 6 Marzo 1758 di ricorrere alla Sede Apostolica per la ritenzione della Chiesa di Wladimira, allorchè si fosse dato luogo alla di lui successione nell'Arcivescovato suddetto, umilmente rappresenta alla Santità Vostra, che ciò si è verificato fin dall'anno 1762, e perciò supplica di essere aggraziato della suddetta ritenzione.

Che, etc...

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D. Clementis PP. XIII, habita per me infrasrciptum S. Gongr.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 25 Martii (sic) (v. Maij) 1764:

Ss.mus Oratoris precibus benigne annuens, retentionem Episcopatus Wladimiriensis, de qua supra, eidem concessit.

M. Marefuscus, Secr.rius

(f. 696) Alla Santità di N.ro Sig.re PP. Clemente XIII.

Per Feliciano Wolodkowicz, Arcivescovo Kiovien. ed Halicien. del Rito Ruteno Unito.

116.

26. V. 1765.

Pro Coadiutoria Volodimiriensi in persona Antonini Mlodovskyj.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1765 a tutto il 1769, vol. 10, ff. 70,105.

Udienza 26 Maggio 1765.

Di Casa 26 Maggio 1765. Mons. Segr.rio della Prop.

Il Cardinal Prefetto di propaganda rimette a V. S. Ill.ma tutte le Carte, che riguardano l'affare della Coadjutoria di Wladimiria, acciocchè secondo il discorso tenuto jersera, possa, quando Le sia comodo, riferirlo al Papa nell'Udienza di questa sera.

I fogli segnati col n. I contengono un'idea del Metodo da tenersi per la deputazione de' Coadjutori da darsi ai Vescovi Ruteni, i quali si mandano dal Cardinale, affinchè possano servire di memoria per quello, (f. 70v) che in altre occasioni dovrà farsi in simili affari.

Dall'altro foglio poi, segnato num. II, V. S. Ill.ma si compiacerà vedere, come potrà regolarsi nell'ottenere dal Papa la grazia per l'ammissione alla Coadjutoria di Wladimiria a favore di Mons. Antonino Mlodowski.

I fogli poi segnati num. III, contengono i documenti trasmessi da Mons. Nunzio, come sono l'Istanza per la Coadjutoria, e l'assenso Regio.

Il Cardinale ha separati i sudetti fogli dalle altre Carte, perchè (f. 71v) gli sembrano più al caso per mettere in chiaro di tutto l'affare V. S. Ill.ma, alla quale con piena stima bacia di vero cuore le mani.

(f. 105v) Ex Audientia Ss.mi habita die 26 Maij 1765:

Ss.mus benigne concessit R.P.D. Metropolitano totius Russiae, ut sibi deputare possit in Coadjutorem cum futura successione et titulo Episcopi Bresten. R.P.D. Antonium Mlodowski, ad praesens Coadjutorem Ecclesiae Pinscen, cum tit. Episcopi Turovien.

Si è scritto a Mons. Nunzio di Polonia e se gli è mandata l'Udienza sotto il dì 1 giugno 1765.

117.

14. XII. 1766.

De Coadiutoria Pinscensi in persona Gedeonis Horbackyj.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1765 a tutto il 1769, vol. 10, ff. 278,283.

Udienza 14 Dicembre 1766.

E.mo e R.mo Sig.re, Sig.re Patrone Col.mo.

Siccome Monsignor Mlodowski, già Coadjutore di Pinsko, è passato da lungo tempo alla Coadjutoria di Wladimiria, quindi è che Monsig. Bulhak, [92] in vista di tutte le ragioni da lui allegate per ottener l'antico, fa in oggi premurosissime istanze per un novello Coadjutore. A tal effetto avendo fatto ricorso a questa Corte, e proposto il P. Gedeone Horbacki, [93] Monaco Basiliano, soggetto degno e munito di tutti i requisiti opportuni, ne ha già impetrata la necessaria approvazione inerente al privilegio della Regia Nomina. Rimanendo presentemente a Monsignor Vescovo (f. 278v) di Pinsko d'impetrar il supremo assenso di Nostro Signore, mi si è caldamente raccomandato perchè supplicassi l'Eminenza Vostra ad intercedergli questa grazia, onde si possa sollecitamente passare ad istituire il processo del Nominato, davanti a Monsignor Metropolitano. Aderisco dunque ben volentieri alle giuste dimande del vecchio Prelato, con interpormi a suo favore presso Vostra Eminenza; e implorando altresì per me stesso il graziosissimo di Lei patrocinio, profondamente m'inchino al bacio della Sacra Porpora.

Varsavia li 29 Otto. 1766.

Di Vostra Eminenza umilissimo, devotissimo ed obblig.mo servitor vero

A. E. Arcivescovo Efesino

(f. 283v) Ex Audientia Ss.mi, habita die 14 Decembris 1766:

Ss.mus benigne annuit juxta preces.

118.

8. II. 1767

De perficiendis studiis theologiae cuiusdam clerici Uniti.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1765 a tutto il 1769, vol. 10, pp. 305-310.

Udienza 8 febbraio 1767.

Sanctissime Pater.

Christophorus Hordinicki, Ruthenus Ritus Craeci Latino Uniti, de Ukraina ad Poloniam pertinente, proxima a limitibus Schismaticis Moschovitis, secundi anni Theologus, occasione visitandorum Liminum Sacronum Romae, opem supplicavit E.mo Cardinali Praefecto Collegii de Propaganda Fide, ut afflicto Oratori prae finiendo studio Theol. per annum unum et medium in eodem Collegio de Propaganda concedat locum, sed non exauditus Orator, ad Sanctitatem Vestram remissus. Idcirco confisus in protectione benignissimaque gratia S.tis Vestrae cum profundissimo osculo pedum Sanctissimi Domini abjectissimus concurrit Orator, humillimeque supplicat Sa.ti Vestrae ut dignetur Sanctitas Vestra misero Oratori prae

---

[92] Georgius Bulhak, Episcopus Pinscensis (1730-1769). Antoninus Mlodowskyj anno 1763 Episcopo Volodimiriensi, Philippo Wolodkovyč (qui erat etiam Metropolita) in Coadiutorem datus fuit.

[93] Gedeon Horbackyj revera anno 1769 Georgio Bulhak in hac Eparchia successit.

finiendo studio theologico in Collegio de Propaganda Fide clementissime concedi locum, siquidem Deo juvante et permittente factus Monachus Orator Basilita, suo tempore desiderat obire munus Missionarii; quia in Patriam tum ratione frigorum magnorum, tum nivium, tum diluviorum aquarum, tum multis in partibus magnae caristiae, sine dispendio salutis immo et vitae, utpote tum (f. 305v) ad victum tum ad amictum omnibus necessariis orbatus, redire non valet, et licet Deo praevidente rediret, tamen studium theologicum nullatenus terminare posset, spe omni et mediis destitutus. Quod dum ex gratia Sanctissimi Domini summopere cupit ac flagitat Deumque semper exorat, atque exoraturum se promittit, ut incolumem Sanctitatem Vestram quam diutissime conservet, copiosissimisque hoc sibi praestitutum beneficium coronet donis cordicitus indignissimus precatur Orator.

(f. 311v) Sanctissimo Domino Maximo Summo Pontifici Romano Clementi XIII.

Pro Christophoro Hordiski.

A Mons. Segretario di Propaganda, che ne parli.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri die 8 Februarii 1767: Lectum.

119.

23. VIII. 1767.

De Coadiutoria Smolenscensi in persona Josephi Lepkovskyj.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1765 a tutto il 1767, vol. 10, ff. 344-351v.

Udienza 23 Agosto 1767.
Sig.r Cardinale Castelli, Prefetto della S. C. di Propaganda.
E.mo e Rev.mo Sig.re, Sig.re Patrone Col.mo.

Poichè Monsignor Lisanski,[94] Arcivescovo di Smolensko, ha finalmente ottenuto il bramato assenso regio a favore del P. Lepkowski,[95] che egli proposto avea per proprio Coadjutore, non ho indugiato a prendere le necessarie informazioni sul carattere, sul sapere ed altri requisiti del soggetto in questione, inerendo agli ordini veneratissimi ingiuntimi da Vostra Eminenza in data del 6 Settembre 1766, e successivamente replicatimi sotto il 14 Febbraio, e il 2 Maggio dell'anno corrente. La compiegata risposta autografa del Provinciale Basiliano di Lituania, da me interpellato su questo punto, non fa che confermare le ottime prerogative del P. Lepkowski, fedelmente rappresentate a cotesta S. Congregazione (f. 354v) dal predetto Monsignor Lisanski; laonde non dubito, che la Santità di N.ro Signore non sia per ammetterlo alla Coadjutoria, di cui si tratta. Supposta pertanto questa Pontificia grazia, Monsignor Arcivescovo ne implora per mio mezzo un'altra correlativa, quando pure sia

---

[94] Heraclius Lisanskyj, primum Protoarchimandrita Basilianorum (1751-1759), dein nominatus Archiepiscopus Smolenscensis (1763-1771).

[95] Josephus Lepkovskyj erat Archiepiscopus Smolenscensis ann. 1771-1778.

impenetrabile, che consiste in poter egli medesimo consecrare coll'assistenza di due Abati mitrati il P. Lepkowski, e ciò a motivo dell'incomoda considerabile distanza, che passa tra la Badia di Onufrey, dov'egli l'Arcivescovo fa la sua dimora, e qualunque altra rispettiva residenza di Vescovi o Greci, o Latini.

Tanto mi conviene comunicare a Vostra Eminenza su questo proposito; e per fine raccomandandomi nell'efficace suo patrocinio, passo a baciarle la Sacra Porpora con profondissimo inchino.

Varsavia, li 22 Luglio 1767.

Di Vostra Eminenza umilissimo, devotissimo obbligatissimo servitor vero

A. E. Arcivescovo Efesino

(f. 351v) Ex Audientia Ss.mi, habita die 23 Augusti 1767:

Ss.mus benigne concessit Archiepiscopo Smolenscensi, ut eligere possit in suum Coadjutorem cum futura successione P. Josephum Lepkowski eumque consecrare in casu necessitatis cum assistentia duorum Abbatum Mitratorum.

A. Marefuscus, Secr.rius

120.

29. I. 1769.

De obligationibus Coadiutorum versus Metropolitanum Kioviensem.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1765 a tutto il 1769, vol. 10, ff. 503, 509.

Udienza 29 gennaio 1769.

Mons. Marefoschi, Segretario di Propaganda. Di Casa, 27 gennaio 1769.

Il Cardinal Prefetto di Propaganda rimette a V. S. Ill.ma le due annesse istanze, fatta l'una in nome della Corte di Polonia, e l'altra dal Metropolitano di Russia. Ambidue sembrano ragionevoli al Cardinale, e quanto a quella del Metropolitano accade di riflettere, ch'egli nella cessione fatta ai due Coadjutori si riservò tre delle quattro parti delle rendite dei Beni delle due Chiese, onde non è dovere che ora resti affatto destituito di sussidio. Perchè non vi è tempo di riferir l'istanza alla Congregazione, il Cardinale sarebbe di sentimento, che V. S. Ill.ma ne parlasse a Sua Santità nella prima Udienza per fargli assegnare non più della metà delle rendite, il che potrà bastargli (f. 503v) per un decente mantenimento. Sarà anche bene, che si compiaccia parlare alla Santità Sua sull'altra istanza fatta in nome della Corte acciocchè il Metropolitano non abbia luogo a perturbare l'esercizio della Giurisdizione accordata provvisoriamente ai di lui Coadjutori. É vero che vi è la condizione *durante absentia Metropolitani,* ma però deve intendersi che possa risiedere pacificamente nelle sue Diocesi, e non per il caso, che gli riesca d'introdursi nelle medesime *armata manu,* come potrebbe succedere in occasione della guerra. Sopra l'uno e l'altro affare poi si potranno dare a Mons. Nunzio in Varsavia gli Ordini convenienti ed opportuni, e frattanto il Cardinale pieno di stima bacia a V. S. di cuore le mani.

(f. 504) Pro-Memoria per l'E.mo e Rev.mo Sig. Cadinale Castelli, Prefetto della Sag. Cong.ne de Propaganda Fide.

Per la benigna interposizione dell'E.mza V.ra, ed alle istanze della Real Corte di Polonia, si degnò il Santo Padre di provvedere ai pressanti bisogni della Chiesa Greco-Unita di Polonia col deputare in Amminustratori nello spirituale e nel temporale, così della Metropolia, come di Wladimiria, i due rispettivi Vescovi Coadjutori dell'attuale Metropolitano Monsig. Wollodkowitz; « idque per modum provisionis, durante absentia D. Metropolitani Russiae, et donec aliter per Sanctitatem Suam provideatur ».

Questa sapientissima provisional determinazione ha preservato quella gran parte di Chiesa Cattolica dall'imminente pericolo a cui l'aveva esposta la condannabil condotta del Metropolitano. Ma sebbene fuggiasco dal Regno, pure per mezzo di vari Libelli ha fatto egli spargere per le sue Diocesi, che in breve, col favore e col soccorso delle Truppe Ottomane vi sarebbe egli ritornato; Che anzi dalla Città di Sinai, nella Silesia Prussiana, ha spedito giudiziali Istanze al Tribunale della Nunziatura perchè si dichiari cessata qualunque (f. 504v) Amministrazione conceduta in virtù del Pontificio Decreto ai suoi Coadjutori, tosto che sia egli ritornato nel Regno, e nelle sue Diocesi.

Non sa dubitare la Real Corte di Polonia, che M.gr. Nunzio Ap.lico abbastanza conoscerà per sè medesimo, non esser limitata la decretata amministrazione de' due Coadjutori al solo tempo dell'assenza del Metropolita, ma dover'anzi anco nel caso del suo ritorno restar ferma, « donec aliter per Sanct.em Suam provideatur ». Tuttavia desiderando Sua Maestà di prevenire ogni qualunque dubbiezza in un affare, che tanto interessa la religione, non meno che la quiete del suo Regno, ha ordinato al suo Ministro Marchese Antici di pregare nel real nome l'E. V., perchè con sua lettera voglia compiacersi d'ordinare a Mons. Nunzio, che in qualunque istanza, e tentativo del Metropolita debba egli procedere a norma della chiara, ed espressa disposizione dell'enunciato Decreto, finchè non venga diversamente provveduto dalla S.tà Sua, e che in oltre debba egli con tutta l'autorità (f. 507) dell'Apostolico suo Ministero assistere i due Coadjutori, perchè la Divina Provvidenza venga pienamente eseguita, e riparati al possibile quegli abusi e quegli inconvenienti, ed ancor di lontano senta il Metropolita di continuare con tanto maggior disordine, quanto che nullo sarebbe, ed invalido qualunque atto, ed esercizio della sospesa sua autorità, e giurisdizione.

All'E.mi e Rev.mi Sigg.ri Cardinali della Sacra Cong.ne di Propaganda Fide Per l'Arcivescovo Metropolita di Russia.

Ex Audentia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIII, habita per me infrascriptum S. C. de Prop. Fide Secr.rium 29 Januari 1769:

SS.mus mandavit persolvi R. P. D. Metropolitano Oratori medietatem fructuum, qui detractis oneribus supersunt, tum Metropoliae tum Episcopatus Vladimiriensis, et ad hunc effectum scribi jussit Coadjutoribus praedicti Metropolitani.

Eadem insuper Sanctitas Sua decrevit nominatos Coadjutores, etiamsi Metropolitanus Poloniam redeat, relinquere non debere respectivas administrationes donec, quousque Sedes Apostolica aliter disponat.

M. Marefuscus, Secr.rius.

121.

15. VII. 1770.

Relatio cuiusdam Basiliani de rebus Valachiae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, dagli anni 1770-1771, vol. 11, ff. 120-121v.

Udienza 15 luglio 1770.
E.mi ac Rev.mi D.ni Principes.

Quintus jam annus volvitur, quod hac in Provincia e Ven. Collegio S. Congregationis redux verser, habitationem equidem fixam habui semper Balasfalvae Monasterium Ordinis D. Basilii Magni Ss.mae Trinitati dicatum, ab Augustissimo Imperatore Carolo VI eo fine erectum, ut ejus alumni non modum ad Parochias curandas e Monasterio exeant, Missiones inter Graeci ritus homines per totam Provinciam millia passuum centum octuaginta in longitudinenm, totidemque in latitudinem patentem, atque populo Valacho frequenter exerceant, sed insuper bonis artibus juventutem Valacham imbuant, Episcopo ad normam disciplinae Ecclesiae Orientalis in omnibus assistant, Consistoriique Episcopalis praecipua munia sustineant, cui Vicarius Generalis utramque jurisdictionem exercens praeest, quo munere jam in alterum annum fungor sane difficili tam ob Cleri, populique multitudinem, aeque ac deplorabilem ignorantiam, cujus causa Liber III Decret. tit. 5, cap. 30, jam pridem innuit, quam etiam ob nationum, religionumque, quibus Vallachi hic mixti habitant, diversitatem, enimvero Provinciam hanc decem amplius Nationibus non minus religionis institutis, quam origine et lingua diversis, et inter se divisis incolunt, ex quo quemadmodum et ex nondum receptis in hac Dioecesi saluberrimis Sacrosancti Concilii Tridentini institutis facile est continuas Vicarii occupationes conijcere (f. 120v). Quibus tantum hujatum scholarum praefectura, domesticae oeconomiae inspectio librorumque revisio accedunt. Itaque ista sunt, quae mei meique status exercitii, locique in quo moror, notitiam concernunt.

Ad extremum debita demissione S. Congregationi supplico, ut, cum jam tempus obtentae facultatis libros prohibitos legendi, et apud me retinendi effluxerit, iterum mihi tandem in tali provincia, qualis haec est, cumprimis omni ex parte necessariam benigne elargiri dignetur, quemadmodum et hujus Monasterii exigua Bibliotheca, ut in eadem ejusmodi libri asservari possint. Sacram Eminentiarum Vestarum Purpuram demisse deosculor.

Eminentiarum Vestrarum dev.mus, obb.mus, humillimus servus

P. Jacobus Aron, Ord. S. Basilii,

Ill.mi ac Rev.mi D.ni Episcopi Fagarasiensis Vic. et Miss. Ap.licus

Balasfalvae, 11 Junii 1770.

(f.121v) Ex Audientia Ss.mi, habita die 15 Julii 1770: Ss.mus benigne annuit pro gratia.

122.

11. XI. 1770.

De reditu ad unionem trium Basilianorum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dagli anni 1770-1771, vol. 11, ff. 162-163v.

Udienza 11 Novembre 1770.

Religiosi Patres Barlamus, Nycetas et Pacomius, Ordinis D. Basilij M., ab Episcopo Schismatico primum ordinati fuerant, dein annis praeteritis occasione perturbationis status hujus Ecclesiae per Schismaticos factae ad *schisma deficientes* ad vicinam schismaticam Provinciam in Ditionem Turcicam transierant, inde his belli in iisdem partibus circumstantiis rursus in hanc Provinciam redierunt, hi « S. Unionem » a qua defecerant, rursus pro more professi sunt, nunc jam Reverendissimus P. Generalis Religiosorum hic per provinciam Praepositus facultatem pro ipsis ad Sacra sui Ordinis munia peragenda, et ab irregularitate occasione defectionis per ipsos contracta dispensari exorat. Pro quibus ut Sua Sanctitas eandem sacra celebrandi facultatem benigne impertiatur, humillime supplico. Sacram Eminentiarum Vestrarum Purpuram pio venerans osculo, in perpetuo filialis observantiae cultu maneo. Balasfalvae, 2 Sptembris 1770.

Eminentiarum Vestrarum humillimus in Christo servus

Athanasius Rednik, Episcopus Fogarasiensis.[96]

(f. 163v) Ex Audientia Ss.mi, die 11 Novembris 1770: Ss.mus benigne annuit.

S. Borgia, Secr.rius.

123.

18. XI. 1770.

De unione cuiusdam Episcopi Valachorum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dagli anni 1770-171, vol. 11, ff. 164-165v.

Udienza 18 novembre 1770.

Anfilochio Orles (1), Vescovo Greco Valacho di Chocim, umil.mo Oratore di V.ra B.ne, essendosi portato in Roma spontaneamente per abbracciare la S. Unione con la S. Chiesa Romana, a qual'effetto ha già fatta la professione di Fede nelle mani del P. Commissario del S. Officio, secondo la formola prescritta dalli Sommi Pontefici Gregorio XIII, ed Urbano VIII, siccome viene all'Oratore supposto di essere forse incorso nella irregolarità per essere egli stato prima Sacerdote, e poi anche Vescovo in quelle parti ubi viget schisma, perciò supplica la S.tà V.ra di degnarsi di concedergli la dispensa dalla suddetta irregolarità, e la riabilitazione, quatenus opus sit, all'esercizio degli Ordini ricevuti. Che se forse insorgesse dubbio, se veramente l'Oratore sia stato consagrato Vescovo, ed avesse Diocesi propria, sicchè fosse bisogno

---

[96] Athanasius Rednik, Basilianus, Episcopus Fogarasiensis ann. 1765-1771.

di più accertate notizie (sebbene per levar ogni dubbio, e verificazione di questo suo stato e carrattere, i necessari requisiti ha consegnati alla S. Congregazione de Propaganda Fide) in tal caso supplica di esser riabilitato « pro interim » e di scriver a Monsig.r Vescovo di Leopoli di rito Greco unito,[97] pro Informatione, la di cui Diocesi è confinante con quella di Cocim.

Che della grazia etc...

(f. 165v) Alla S.tà di N.ro Sig.re PP. Clemente XIV.

Per il Vescovo di Chocim.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 18 Novembris 1770:

Ss.mus annuit quoad exercitium facultatum Sacerdotalium tantum.

124.

26. V. 1771.

De processu instituendo contra quemdam monachum Basilianum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, dagli anni 1770-1771, vol. 11, ff. 308-311v.

Udienza 26 maggio 1771.

Il P. Ipazio Bilinski, Proto-Archimandrita dei Monaci Ruteni di San Basilio Magno,[98] con sua lettera de' 26 Marzo passato rappresenta, che avendo il Consultorio della Provincia di Polonia istituito il *Processo* di incorrigibilità *contro il P. Filemone Wituszinski, Religioso* di detta Provincia, non ha potuto condurlo a fine per due motivi: Uno è che il Religioso istesso ha cominciato a reclamare *contro la validità della sua Professione,* benchè senza niun fondamento, essendo ormai scorsi 26 anni da che l'ha fatta, e non avendo mai reclamato se non in questa occasione; l'altro *si è perchè si è tralasciato d'eleggere negli ultimi Capitoli Generale e Provinciale i sei Padri che si debbono eleggere per giudicare le cause dei Religiosi incorregibili.* Essendo queste due difficoltà state eccitate dal Religioso Reo non ad altro fine, che ad evitare la sentenza, e la pena dovuta ai suoi gravi trascorsi, il mentovato P. Archimandrita dell'Ordine supplica d'essere *autorizzato dalla Santità di N.ro Sig.re a proseguire e terminare il processo incominciato nonostante i reclami* del Reo contro la valilità della sua Professione, e il difetto de' sei Padri, che dovevano eleggersi per conoscere e sentenziare nelle cause de' Religiosi incorregibili.

(f. 311v) Ex Audientia Ss.mi habita due 26 Maij 1771:

Ss.mus benigne annuit juxta preces.

---

[97] Leo Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1749-1778), dein Metropolita Kioviensis (1778-1779)

[98] Protoarchimandrita iam secunda vice ann. 1759-1771. Prima vice Ordini Basilianorum praesidebat ann. 1747-1751.

125.

18. VIII. 1771.

Concessio facultatum Episcopis.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dall'anno 1770 al 1771, vol. 11, fol. 457.

Udienza 18 Agosto 1771.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D. Clementis XIV, habita die 18 Augusti 1771:

Ss.mus, me infrascripto referente, benigne concessit respectivas facultates ordinarias, suis Antecessoribus concedi solitas, R.mis DD.:

Josepho Kodzi, Archie.po electo Jerusalem, pro Syriaca Natione.

Josepho Lepkowschi, Archiepiscopo Smolescensi.[99]

Paulo Dovanliae, Vicario Apostolico Sophiensi.

Georgio Radovani, Episcopo electo Scodrensi.

Stephanus Borgia, Secr.rius

126.

25. VIII. 1771.

Licentia transitus ad alium Ritum et ingrediendi Ordinem S. Francisci.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dagli anni 1770-1771, vol. 11, ff. 485-488v.

Udienza 25 Agosto 1771.

E.mi ac R.mi Patres.

Conventus Leopoliensis Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium Provinciae Russiae in Polonia, in osculo sacrae purpurae EE. VV. exponit, qualiter juvenem Josephum Torbanovicz saeculo valedicentem, praevio consensu Rev.mi D.ni Augustinowicz, Archiepiscopi Armenorum,[100] de cujus est ritu, in Religionem suam susceperit. Exponit quoque quod Joannes Lechmanovicz, bonorum qualitatum juvenis, anno et amplius ad eandem suam Religionem aspiret, sed quia est ritus Graeco Uniti, Rev.mus D. Leo Szepticki, Episcopus Ruthenus, eidem consensum tantopere quaesitum dare renuit.

Et quia in hac Provincia Russiae tum per tumultuantem Schismaticorum furorem nuper plurimi Religiosi barbare executi sunt, plurimi quoque in servitio fidelium peste obierunt, idcirco Patres ac Fratres dicti Conventus EE. VV. humillime supplicant pro dispensatione illorum duorum juvenum, quatenus primus ad professio-

---

[99] Hoc anno successit Heraclio Lisanskyj et erat ultimus Archiepiscopus Smolensensis unitus. Obiit anno 1778.

[100] Iacobus Augustynowicz, Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum (1737-1771). Obiit an. 1783. Cfr. *Hierarchia catholica,* vol. V, pag. 260.

nem Religiosam, alter vero ad Sacram Religionem, non obstante sui Ordinarii Rutheni dissensu, admitti possint.

Qua de gratia etc...

(f. 488v) Ex Audientia Ss.mi, habita die 25 Augusti 1771:

Ss.mus D. N. Clemens PP. XIV, ad relationem mei infrascripti S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarii, benigne permisit Josepho Torbanovicz, Armeno, et Joanni Lechmanovicz, Graeco Unito Leopoliensi, ut a propriis ritibus ad ritum Latinum transire possint et valeant, idque ad effectum ut in precibus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Subscr. S. Borgia, Secr.rius.

127.

8. IX. 1771.

Facultas dispensandi ab irregularitatibus redeuntes ad unitatem catholicam in eparchia Fogarasiensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re.* dall'anno 1770 al 1771, vol. 11, ff. 513-516v.

Udienza 8 settembre 1771.

Mons. Atanasio Rednik, Vescovo Greco di Fogoratz,[101] in Transilvania, supplica Vostra Santità: I°. Per la conferma delle facoltà ordinarie. II°. Per la conferma di una facoltà che suppone aver ottenuta nel 1766 ad triennium, di dispensare dalla irregolarità i Preti Scismatici, che ritornano alla S. Unione, di abilitarli a poter ritenere le Parrocchie. III°. Di sanare tutte le dispense date in simili casi o per ignoranza, o per mancanza di debita riflessione da' suoi Antecessori o da' suoi Vicarii Gen.li, ed Arcidiaconi, senza averne riportata la facoltà dalla S. Sede. IV°. Finalmente, di dichiarare che i Vescovi Greci di Transilvania non sono soggetti alla riserve Pontificie, come non lo sono soggetti i Vescovi Greci del Levante; ma sono tenuti unicamente a mantenere, ed osservare i quattro punti stabiliti nel Concilio di Lione, allorchè fu trattata l'Unione tra la Chiesa Greca (f. 513) e la Latina, e ciò affine di facilitare con questo mezzo la conversione delli scismatici, e mantenere i Greci Cattolici, i quali vedono preservati i loro diritti, sempre più attaccati alla S. Sede.

Circa le facoltà ordinarie non vi è cosa alcuna in contrario, se non che il Vescovo è stato alquanto negligente in domandarne la conferma, essendogli spirate sin dall'anno passato; onde se mai si fosse servito di esse, dovrebbe ottenerglisi dalla Santità di N.ro Signore la sanatoria, e l'assoluzione ad cautelam dalle censure, quando vi fosse incorso.

Quanto alle facoltà di dispensare, come sopra, dalla Irregolarità, non si trova che, il detto Vescovo l'abbia mai avuta generalmente; anzi da un Decreto del S. Offizio del 1766, costa tutto l'apposto; leggendosi in esso: « Quo vero ad facultatem petitam » (cioè di dispensare dalla irregolarità provienente dall'aver professato la scisma, e dall'essere stato promosso ai Sacri (f. 516) Ordini da un Vescovo Scismatico) « cum

---

[101] Ann. 1765-1771.

non constet illam Antecessoribus Episcopis (Fogoratziensis) fuisse concessam, EE. DD. decreverunt quod idem Episcopus recurrat ad S. Sedem in casibns particularibus qui in posterum contingent ».

In ordine alla terza istanza, trattandosi di Parochi già dispensati forse con buona fede, potrebbe Sua Santità convalidare tale dispensa, dummodo sic dispensati vere Catholici sint, et sanctam Unionem strenue promovere satagant. In questo caso poi si avverte, ehe converrà di assolvere saltem ad cautelam dalle censure chi li ha dispensati. Finalmente, quanto all'ultima istanza, si crede, che il miglior partito sia di non rispondere, per essere egli questo un punto di non leggiera conseguenza, in caso di qualunque risposta.

(f. 516v) Ex Audientia Ss.mi die 3 Septembris 1771:

Ss.mus benigne annuit pro renovatione facultatum ordinarium tantum, necnon pro sanatione de qua agitur, et pro absolutione a censuris.

S. Borgia, Secr.rius.

128.

16. II. 1772.

Dispensatio ab irregularitatibus in Eparchia Fogarasiensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 67-68.

Udienza 16 febbraio 1772.

Mons. Atanasio Rednik, Vescovo Greco di Fogaratz in Transilvania, rappresenta a Vostra Santità, che essendo passato all'altra vita il Paroco di Zalathna, luogo della sua diocesi, egli non trova chi sostituir in di lui vece, essendo state occupate le rendite di detta Parocchia. Si offerisce bensì a servirla un Sacerdote, che, dopo essere stato promosso a' sacri Ordini da un Vescovo scismatico, ha abbracciato la religione cattolica. Ma siccome questi, per tal motivo, resta sospeso, ed irregolare, ed il suddetto Vescovo non ha facoltà di poterlo dispensare, così ricorre a V.ra Beatitudine, affinchè si degni di supplire coll'Apostolica sua pienezza; e ciò affine di non lasciare que' Parrocchiani più lungamente privi del loro Pastore, ed in pericolo, che non vadano a ricevere i Sagramenti dalle mani degli scismatici.

(f. 67v) In oltre lo stesso Vescovo espone due casi, ne' quali, a suggerimento del Superiore Generale de' Monaci Greci Cattolici di quella Provincia, domanda la dispensa dalla irregolarità.

Il primo è il seguente. Essendo morta a un Arcidiacono, per nome *Dionisio,* la sua prima moglie legittima, passò questi alle seconde nozze (se pur tali possono chiamarsi quelle che si contraggono dopo la sacra ordinazione). Nel giorno però medesimo in cui sposò: *die qua copulatus est* (dice il Vescovo nella sua lettera), abbandonò la *sua seconda supposta moglie,* e se ne passò in Moldavia, ove appresso que' Monaci Scismatici prese l'abito religioso; ma poi pentitosi del fatto, si restituì in Transilvania, ed abjurati gli errori, fece la professione della fede.

L'altro caso per cui similmente (f. 68) si domanda la dispensa è di un Monaco chiamato *Sabba, il quale essendo nato scismatico ed ordinato da un Vescovo della sua comunione,* se ne passò dalla Moldavia in Transilvania, ove riconosciuti i suoi

errori, procurò di attirare alla Cattolica Fede alcuni Scismatici; fatta egli poi pubblicamente la Professione di fede, si ritirò in un Monastero de' Cattolici, ove presentemente dimora.

Nel primo caso stanti le particolari circostanze della mancanza di un Sacerdote, a cui potersi affidare quella vacante Parocchia, stimarei, che potesse rimettersi ad arbitrio del Vescovo il poter dispensare alla irregolarità, di cui si tratta, dummodo tamen *alias idoneus sit* ad curam animarum.

Di diverso parere però sarei nel secondo caso, poichè in questo in certo modo vi concorrono due Irregolarità. La prima è quella (f. 68v) di avere quegli, per cui si domanda la dispensa, professato tra Monaci Scismatici. La seconda è quella di aver attentato di contarre matrimonio dopo la Sacra Ordinazione, il che induce la Bigamia Interpretativa, come si ha dal Capo 4 et 6 de Bigamis non ordinandis.

Quando però si volesse abbondare, si potrebbe rimettersi alla coscienza del Vescovo la facoltà di dispensare anche in questo secondo caso, perchè il monaco potesse celebrare e ministrare all'altare, dopo però aver fatto una condegna penitenza da imporglisi dal dispensante. Dissi, di poter celebrare e ministrare all'altare; poichè mi parerebbe troppo se si abilitasse altresì a confessare, ed avere cura di anime.

In ordine poi al terzo caso, trattandosi di un nato, e ordinato nello scisma, il quale ha fatto Professione della Fede, ed ha procurato di attirare alla Cattolica Religione alcuni Scismatici, sarebbe di sentimento affine di rimettere cioè la dispensa arbitrio Episcopi.

(f. 67) Ex Audientia SS.mi, habita die 16 Februarii 1772: SS.mus benigne annuit juxta votum.

Steph. Borgia, Secr.rius.

129.

15. III. 1772.

Licentia recipiendi Ruthenos in Ordine S. Francisci.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, dell'anno 1772, vol. 12, fol. 111.

Udienza 15 Marzo 1772.

E.mi et Rev.mi D.ni.

Guardianus et Religiosi Ordinis S.ti Francisci Conventualium Conventus Leopoliensis in regulari Provincia Russiae obsequentissime EE. VV. repraesentant, Adolescentem Joannem Kroczkiewicz ardenter cupere, et efflagitare, ut ipsi permittatur ingressus in Ordinem nostrum; sed cum ipse sit ex ritu Graeco-Unito, hinc humillime implorant ab EE. VV. dispensationem, et facultatem recipiendi illum et aggregandi alicui Coenobio praedictae Provinciae.

Copia:

E.mi et Rev.mi Patres.

Illis in regionibus cum ob furens bellum exiguissimus sit Religiosorum virorum numerus, ita ut debitus Ecclesiis et Conventibus deficiat usus, cumque id etiam in votis sit Ordinarii illius Civitatis, hinc humillime censerem posse Oratores pro implo-

rato favore benigne audiri. Si placuerit EE. VV., quarum S. Purpuram obsequentissime osculor.

Fr. Nicolaus Scandalibeni, Proc. Gen.lis Ordinis.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium, die 15 Martii 1772:

Ss.mus, attentis expositis in suprascripto voto P. Procuratoris Gen.lis Minorum Conventualium (f. 111v) benigne permisit Joanni Kroczkiewicz transitum a ritu graeco ad latinum, ad effectum de quo in precibus, de consensu tamen R.P. D. Episcopi Leopolis ritus Graeci. — Datum Romae, etc., die 16 ejusdem mensis et anni.

Stephanus Borgia, S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rius

130.

5. VII. 1772.

Transitus ad alium Ritum.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, fol. 229v.

Udienza 5 luglio 1772.

Beatissime Pater.

Humilis ac devotus S. V. Orator Jacobus Horodynski, Polonus Dioecesis Premysliensis Civitatis Lezayscensis, penes oscula sacratissimorum Peduum humillime supplicat, ut possit de ritu Graeco-Unito transire ad Ritum Latinum, et hoc quod longe distat ab Ecclesia Graeco-Unita et ob continuas fereque quotidianas cum uxore dissensiones et rixas propter varietatem rituum, quoniam uxor est Ritus Latini.

Quam gratiam Deus,...

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis Papae XIV, per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium, die 5 Julii 1772:

Ss.mus, veris existentibus expositis, et quatenus Orator laicus tantum sit, remisit instantiam cum facultatibus necessariis et opportunis arbitrio, ac prudentiae R. P. D. Episcopi Premysliae, Ritus Graeci. Datum Romae, ex Aedibus S. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Stephanus Borgia, S. Cong.nis Secr.rius.

131.

2. VIII. 1772.

Facultas Episcopo Fogarasiensi danda absolvendi redeuntes ad Unionem.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 281-283v.

Udienza 2 Agosto 1772.

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Domine Patrone Colendissime!

Venerandas Excellentiae Vestrae datas 31 Maji plenas zelo paterno responsorias ea, qua par est, submissione percepi, ex quibus intelligo, quod Sacra quoque Con-

gregatio super piissimi Praesulis nostri obitu certior facta sit.[102] Pro insigni hocce favore gratias reponens maximas, pro muneris mei exigentia super facti contingentia in hac Dioecesi demisse referenda habeo Vestrae Excellentiae sequentia: Quidam Presbyter nuncupatus Gabriel, natus alias Catholicus, postmodum vero factus Schismaticus, a Schismatico Graeci Ritus Episcopo ordinatus 14 Maji proxime praeterlapsi, S. cum Romana Ecclesia Unionem una cum Parochianis integra possessione Pintik amplexus est, Fideique professione confirmavit, ab eo tamen tempore quemadmodum ante conversionem omnia Sacramenta facit et praefatis incolis administrat, me eum neque inhibente, neque facultante; ne inhibendo dictis Incolis utpote pusillis et necdum in S. Fide bene confirmatis relabendi in Schisma ansa praeberetur. Alter pariter, prout prior, Presbyter Joannes, trans limites a Schismaticis ordinatus, ad amplectendam S. Unionem cum omnibus Parochianis suis Possessionis Szeliste dispositus est, (f. 281v) tantummodo fungendi facultas eidem concedatur. Tertius Sacerdos unitus Georgius, suspensus a meo praedecessore Vicario, Sacramenta conficere et administrare praesumpsit. Ut itaque praelibati, per me, aut alium a contractis censuris absolvi queant, et ad fungendum Parochi officio facultari, humillime supplico, siquidem pro duobus prioribus in conformitate hic acclusae facultatis, quae jam expiravit.... interim venerationis cultu persisto.

Balasfalvae, 1 Julii 1772.

Exc.mae et Rev.mae D. V.ae humillimus in Christo servus

Philothenus Laszlo, Ord. D. B. Magni, Missionarius Ap. licus et Dioecesis Fogar. Vicarius Gen.lis.

(f.282v) Feria V die 30 Aprilis 1767.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita in Palalatio Apostolico Quirinali coram Ss.mo D.no N.ro Clemente Divina Prov. PP. XIII, ac Eminentissimis D.nis D.nis Sanctae Rom. Ecc.ae Cardinalibus, in tota republica Christiana contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, a S.ta Sede Ap.lica specialiter deputatis, facta relatione de contentis in praedicta Epistola, Sanctitas Sua auditis votis EE. DD. Cardinalium decrevit: Quoad primum quaesitum concedendum esse facultates opportunas quarum vigore E.pus Fogarasiensis dispenset ab irregularitate cum iis conversis ad Unionem, qui ab E.pis suis Antecessoribus defectu facultatum nulliter dispensati fuerunt, pro aliis vero, qui ad Unionem deinceps venturi sunt, recurrat in casibus particularibus, quatenus vero agatur de Parocho, qui una cum plebe suae Paroeciae petat unionem, concedendam esse facultatem ad triennium proxime futurum.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 2 Augusti 1772: Ss.mus annuit pro facultate quoad primum, et secundum, quo vero ad tertium mandavit scribi P. Philotheo Laszlo juxta mentem.

S. Borgia, Secr.rius.

---

[102] Agit de Episcopo Fogarasiensi, Athanasio Rednik (1765-1771).

132.

30. VIII. 1772.

Pro dispensatione ab irregularitate ad Ordines recipiendos.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 310-313v.

Udienze 30 Agosto 1772.

B.me Pater.

Georgius Sosnowski, Polonus Dioecesis Bresten. Ritus Graeci Uniti, Orator humillimus S. V., quam reverenter exponit, Bigamia reali irretitum esse, ex quo mortua prima uxore secundam duxit. Quum autem quam maxime exoptet ad Sacros Ordines promoveri, cumque desiderium hoc ad effectum nequeat redigere ob incursam irregularitatem, supplicat idcirco humiliter S. V. quatenus dignetur eumdem a contracta irregularitate dispensare, qua gratia eum dignum esse existimat loci Ordinarius, ut ex inclusa patet ipsius attestatione. Quam Deus...

(f. 312) Lett. A

Adamus Antonius Mlodowski, Dei et Ap.licae Sedis gratia Episcopus Brestensis, Coadjutor cum successione ac Generalis Apostolicus Administrator Episcopatus Vladimiriensis in spiritualibus et temporalibus, Abbas Suprasliensis.

Universis et sigulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, signanter vero Ill.mis et R.mis in S. Curia Romana Ministris et Officialibus significamus: Quod cum devotus Georgius Sosnovski aspiret ad statum spiritualem, in eoque postquam constitus fuerit, ad SS. Ordines promoveri, atque Beneficium Ecclesiasticum obtinere cupiat, jam autem ex eo, quod mortua prima uxore secundam duxerit, Bigamus realiter, atque idcirco irregularis existens, cum non possit sine praevia Dispensatione Apostolica suorum ejusmodi votorum compos fieri, idcirco pro impetranda gratia ad Sanctam Sedem Apostolicam recursum faciens, Nobis humiliter supplicavit, quatenus ei super praemissis opportunum testimonium extradere dignaremur; Nos supplicationibus ejusdem benigne inclinati, non solum eum ob vitae morumque probitatem atque doctrinae sufficientiam habilem, et idoneum, verum etiam, ob inopiam subiectorum curae animarum gerendae capacium, perutilem Dioecesi Brestensi fore attestamur. In quorum fidem etc. Datum in Terespol, die 15 julii 1772 anno.

Antonius Jochowski, Praep. Cath. Off.lis Gen.lis Brestensis.

SS.mo D. N. Papae. Clementi XIV.

Pro Georgio Sosnowski, Polono, arbitrio Ordinarii, si praecisa Operatiorum necessitas in sua Dioecesi fuerit.

Ex Audientia Ss.mi habita die 30 Augusti 1772:

Ss.mus remisit Oratoris preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis et dummodo necessitas Operariorum in sua Dioecesi fuerit.

Steph. Borgia, Secr.rius

133.

13. IX. 1772.

Dispensatio ab irregularitatibus ex schismate provenientibus.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, fol. 328.

Udienza 13 Sett. 1772.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis PP. XIV, habita die 13 Septembris 1772:

Ss.mus ad preces R. P. D. Episcopi Melitensis benigne concessit eidem facultatem absolvendi Monachum Sophronium Macri, Abbatem Monasterii S. Joannis Baptistae Ritus Graeci Ordinis S. Basilii Tripolize, a censuris, ob professionem schismatis, et sui promotionem ad Ordines ab Episcopo Schismatico factam, contractis; illumque ab irregularitatibus iisdem causis irretitum dispensandi ut Missae Sacrificium celebrare, et in Altari ministrare, si nullum aliud obstet canonicum impedimentum, possit, ac valeat.

Datum etc. die 13 mensis et anni quibus supra.

S. Borgia, Secr.rius.

134.

13. IX. 1772.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae interpretativae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 330-331v.

B.me Pater.

Sylvester Rudnicki, E.pus Luceoriensis Ritus Graeci, humillimus Sanctitatis V.rae Orator qua par est reverentia exponit, quod multae ecclesiae Parochiales in sua Dioecesi occasione pestis et cladis, quae vexat Regnum Poloniae, suos Rectores amiserint, neque dictis ecclesiis facile providere valet, nisi etiam admittendo ad Ordines qui Bigamiae impedimento irretiti sunt. Quare humillimus Orator hac necessitate pressus supplicat Sanc.ti V.rae, ut non obstante dicto impedimento 30 Bigamos licite ad Ordines promovere atque cum iisdem in dicto impedimento dispensare possit.

Quam gratiam, etc....

(f. 331 v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Pro Sylvestro Episcopo Luceoriensi.

Ex Audentia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum Sacrae Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 13 Septembris 1772:

Ss.mus, attentis expositis, et ex gratia speciali, benigne concessit R. P. D. Episcopo Luceoriensi Oratori facultatem ad Ordines tum minores, tum sacros promovendi decem Bigamos suae Dioecesis, dummodo alias idonei sint, et nullum aliud obstet canonicum impedimentum.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae S. Cong.nis die 14 mensis et anni quibus supra.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

135.

13. IX. 1772.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 13, ff. 334-335v.

Udienza 13 Settembre 1772.

Constantinus Corzkiewicz, Ritus Rutheni Luceoriensis Dioecesis in Polonia, humiliter supplicat pro dispensatione impedimenti bigamiae interpretativae, quo est irretitus, ut ad Sacros Ordines promoveri possit.

Ex Audientia Ss.mi D. N. D. Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 13 Septembris 1772:

Ss.mus benigne remisit preces Oratoris R. P. D. Luceoriensis arbitrio, et conscientiae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

136.

20. IX. 1772.

Pro facultate concedendi Lauream in theologia monachis Basilianis.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 364-365v.

Udienza 20 settembre 1772.

B.me Pater.

Porphirius Wazinski,[103] Ordinis S. Basilii Magni, Cong.nis Ruthenorum Abbas generalis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundo obsequio exponit, multos se habere in sua Congregatione sui Ordinis alumnos, qui in studiis theologicis exercitati praedicando et in cathedris scholasticis tam publicis quam etiam inter parietes Monasteriorum Professores constituti munus suum cum particulari laude sustinuerunt, quare lauream, praemium suorum laborum atque studiorum, in quibus per multos annos se exercitarunt, instantissime postulant. Quia autem, Ss.me Pater, humillimus Orator non minus justas quam etiam bono publico preces suorum alumnorum maxime utiles esse et fore existimat, aliunde vero probe novit se suamque Congregationem hujusmodi facultatibus nondum esse ornatam a S. Sede, hinc supplicat S.ti Vestrae pro se et suis successoribus ut praedictam Lauream et Doctoratum, ornamentum et praemium suorum Professorum atque Praedicatorum, qui in docendo aut praedicando mererentur, tam ipse Orator quam sui successores praedictis suis Monachis conferre et in casibus particularibus magnae distantiae oratorum a Residentia Generalis etiam sibi beneviso, qui tamen olim (f. 364v) hujusmodi lauream in suo Ordine et Congregatione receperit, facultatem laureae et doctoratus conferendi oratoribus impertiri valeat et valeant.

Quam gratiam, etc. ...

(f. 365 v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Pro Porphirio Wazinski, Abbate Generali Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum.

Ex Audientia SS.mi die 20 Septembris 1772:

---

[103] Porphyrius Vazynskyj, Basilianus, Protoarchimandrita (1772-1780; 1788-1790), dein Episcopus Chelmensis (1790-1804).

Pro gratia pro illis Monachis, qui per sex annos Philophiam et Theologiam docuerunt.

Steph. Borgia, Secr.rius.

137.

22. XI. 1772.

Facultas dispensandi a censuris cuiusdam Parochi in Transilvania.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 384-385.

Udienza 22 Novembre 1772.

Eminentissimi ac Reverendissimi Principes, D.ni Patroni Gratiosissimi!

Die I julii 1772 petieram facultatem dispensandi super irregularitatem contractam ex eo quod suspensus a meo praedecessore Vicario Georgius prius Sacramenta conficere et administrare praesumpserit, ad quam meam petitionem 8-a Augusti anno eodem responsum est, ut quamtocius Sacram Congregationem certiorarem, quibus de causis motus Vicarius Generalis praedecessor meus illum Parochum suspensum declaraverit, et an post suspensionem Sacramenta administrando admirationis et scandali alii fuerit? Causa itaque dictae suspensionis fuit, quod Parochus Georgius suam Parochiam prius deseruerit et ad aliam transierit, ibique Sacramenta confecerit et administraverit, et cum dubitaretur utrum habuerit facultatem, quam se habuisse Parochus referebat, transeundi ad aliam Parochiam constituto termino (f. 384) facultatem se habuisse neque scripto, neque testibus comprobaverit, immo ne quidem coram Vicario pluries vocatus comparere voluerit. Altera causa fuit, quod etiam Parochianis qui aliis erant subiecti sola potestate saeculari fulctus Sacramenta administraverit. 3-tia demum causa fuit, quod Loci Archidiacono, alias Archipresbytero officiali suo immediato obedientiam et dependentiam denegaverit. Suspensus itaque ob has causas adhuc Sacramenta conficere et administrare praesumpsit cum privato scandalo, non vero publico. Sacram Eminentiarum Vestrarum Purpuram exosculans jugi venerationis cultu maneo, humillimus in Christo servus

Philotheus Laszlo, Ord. D. B. M., Dioec. Fog., in Transilvania, Vic. Gen.lis.

Balasfalvae, 1 Octobris 1772.

(f. 385) Ex Audientia Ss mi die 22 Novembris 1772:

Ss.mus remisit arbitrio et coscentiae P. Philothei Laszlo facultatem absolvendi a censuris, et ab irregularitate dispensandi Parochum Georgium, juxta tamen modum mandans non inquietandos esse fideles, qui ab eo Sacramenta suscepere.

Steph. Borgia, Secr.rius.

138.

22. XI. 1772.

Pro concessione facultatum pro Episcopo Luceoriensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 394-395v.

Udienza 22 Novembre 1772.
B.me Pater.

Sylvester Rudnicki, Episcopus Luceoriensis Ruthenus, humillimus Sanctitatis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit brevi imminere terminum facultatibus quas obtinuit pro solatio Populi curae sue comisso, quo circa supplicat Sanc.ti V.rae pro earumdem renovatione et concessione.

Quam gratiam, etc...

(f. 359v) S.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Pro Sylvestro Episcopo Luceoriensi.

Ex Audientia Ss.mi diei 22 Novembris 1772: Ss.mus annuit pro gratia.

Stephanus Borgia, Secr.rius

139.

6. XII. 1772.

Dispensatio ab impedimento bigamiae ad Ordines recipiendos.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* dell'anno 1772, vol. 12, ff. 425-426.

Udienza 6 Dicembre 1772.
B.me Pater.

Joseph Kuncewicz, Dioec. Kelmensis Ruthenus, humillimus Orator S.tis Vestrae, cum profundissimo obsequio exponit se obtinuisse praesentationem a Patrono layco ad Beneficium curatum. Quia vero propter impedimentum Bigamiae intepretativae, quo irretitus est, promoveri non potest, hinc supplicat Sanctitati Vestrae pro gratia dispensationis.

Quam gratiam, etc....

(f. 426v) Ss.mo D.no Papae Clementi XIV.

Ex Audientia Ss.mi Domini Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. C. de Propaganda Fide Secretarium, die 6-ta Decembris 1772:

Ss.mus remisit instantiam arbitrio et conscientiae R. P. D. Episcopi Chelmensis Ritus Graeci cum facultatibus necessariis et opportunis quibuscumque in contarium nihil obstantibus. Datum Romae, ex Aedibus dictae S. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Stephanus Borgia, Sacrae Cong.nis de Prop. Fide Secr.rius.

Pro Josepho Kuncewicz, Rutheno Dioecesis Chelmensis.

140.

17. I. 1773.

Dispensatio ab impedimento bigamiae interpretativae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 19-22v.

Udienza 17 Gennaio 1773.
Beatissime Pater.

Humilissimus Orator Sanctitatis Vestrae, Nicolaus Lozinski, Archidioecesis Kioviensis Ruthenus, duxit in uxorem viduam; cum autem desideret statui spirituali adscribi, et impedimento canonico irretitus, nempe *bigamiae interpretativae,* hujus voti compos fieri nequeat, recurrens ad Sanctitatem Vestram humillime supplicat secum super memorato impedimento ad suscipiendum etiam Presbyteratus ordinem benigne dispensari.

Quam gratiam, etc.

(f. 22) Beatissimo Patri Clementi PP. XIV.

Pro Nicolao Lozinski, ex Archidioecesi Kioviensi.

Ex Audientia Ss.mi die 17 Januarii 1783: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascripitum S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 24. Januarii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis;

Datum, etc....

141.

24. I. 1773.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 23-26v.

Udienza 24 gennaio 1773.
B.me Pater.

Gregorius Kotowicki, Polonus Dioecesis Bresten. Ritus Graeci Uniti, orator humillimus S. V., quam reverenter exponit, bigamia reali irretitum esse, ex quo, mortua prima uxore, secundam duxit. Quum autem maxime exoptet ad Sacros Ordines promoveri, cumque desiderium hoc ad effectum nequeat redigere ob incursam irregularitatem, supplicat idcirco humiliter S. V., quatenus dignetur eundem a contracta irregularitate dispensare, quam gratiam eum dignum esse existimet loci Ordinarius, ut ex inclusa patet ex ipsius attestationis copia.

Quam Deus etc...

(f. 29) Adamus Antoninus Mlodowski, Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Bresten, Coadjutor cum successione et Generalis Ap.licus Administrator Episcopatus Wladimiriens. in spiritualibus et temporalibus, Abbas Supraslien.

Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet ineteresse poterit, signanter vero Ill.mis et Rev.mis in S. Curia Romana Ministris et Officialibus cum eo, quo par est, cultu, significamus, quod cum dicti Gregorius Kotowicki et Theodorus Bedeitowicz aspirent ad statum spiritualem, in eoque postquam constituti fuerint ad SS. Ordines promoveri, atque beneficia ecclesiastica obtinere cupiant, jam autem irregulares ex eo, quod mortua prima uxore 2-m duxerit Bigamus realiter, alter vero

intepretative pariter bigamus, atque ideo ambo irregulares existentes, cum non possint sine praevia dispensatione Apostolica suorum hujusmodi votorum compotes fieri, idcirco pro impetranda gratia ad S. Sedem Apostolicam recursum facientes, nobis humiliter supplicarunt, quatenus eis super praemissa opportunum testimonium extendere dignaremur, Nos supplicationibus eorumdem benigne inclinati, non solum eos ob vitae morumque probitatem atque doctrinae sufficientiam habiles et idoneos verum (f. 24v) etiam ob inopiam subiectorum curae animarum gerendae capacium, perutiles dioecesi Brestensi fore attestamur, et quatenus ad effectum praemissorum S. Sedis Ap.lica gratiose eosdem dispensare dignetur instantissime rogamus. In quorum fidem... Datum in Terespol, die 14 Novembris 1772.

Antonius Koronczevski, Officialis Generalis, Praepositus Cathedralis Bresten.

(Loco + sigilli).

(f. 26v) Ss.mo D. N. Papae Clementi XIV.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. C. de Propaganda Fide Secretarium, die 24. Januarii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio, et coscientiae R. P. D. Episcopi Brestensis ritus Graeci cum facultatibus necessariis, et opportunis.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae S. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Secr.rius.

Pro Gregorio Kotowicki, Polono.

142.

14. II. 1773.

Dispensatio ab impedimento bigamiae interpretativae.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 63-64v.

Udienza 14 febbraio 1773.

Joannes Szczerbinowicz, Sacerdos Polonus Dioecesis Leopoliensis, Coadjutor Parochiae Pilawcensis Ritus Graeci uniti, Orator humillimus S.tis V.rae, quam reverenter exponit se Bigamia interpretativa irretitum esse ex eo, quod sua uxor publicum commiserit adulterium; supplicat idcirco S. V. quatenus dignetur eundem a contracta irregularitate dispensare.

Quam Deus etc...

(f. 69v) Ss.mo D.no Nostro Papae Clementi XIV.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis Papae XIV, habita per me infrascriptum Sacrae Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium, die 14 Februarii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio, et conscientiae R. P. D. Leopoliensis Ritus Graeci, cum facultatibus necessariis, et opportunis, idque ad cauthelam.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae S. Cong.nis, die prima Martii ejusdem anni.

S. Borgia, Secr.rius.

143.

21. II. 1773.

Facultas dispensandi ad impedimento bigamiae in Eparchia Peremysliensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 75-76v.

Udienza 21 febbraio 1773.
B.me Pater.

Athanius Szeptycki, Episcopus Premiliensis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, quod propter calamitates Regni multas Ecclesias in sua Dioecesi habeat orbatas suis Rectoribus quibus regendis necessitatur admittere eos qui Bigamiae interpretativae impedimento irretiti sunt, unde pro facultate dispensandi cum iisdem humillime suplicat. Eorumque numerum habet ad praensens duodecim personas.

Quam gratiam...

(f. 76v) Ss.mo Domino Nostro Clementi PP. XIV.

Pro Athanasio, Episcopo Premisliensi.

Ex Audientia Ss.mi 21 Februarii 1773: pro octo casibus

S. Borgia, Secr.rius.

Ss.mus, attentis peculiaribus circumstantiis, et ex gratia speciali benigne indulsit R. P. D. Episcopo Oratori facultatem dispensandi pro octo casibus tantum super impedimento bigamiae interpretativae cum suis Dioecesanis, et non aliis, idque gratis omnino, et absque ulla mercede, alias dispensatio nulla sit, ac prorsus irrita.

144.

14. III. 1773.

Pro concessione facultatum Episcopo Fogarasiensi.

APF, *Udienze di Nro Sig.re*, del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 107-108v.

Udienza 14. Marzo 1773
B.me Pater.

Gregorius Major, Episcopus Fogarasiensis, novissime a S.te Vestra confirmatus, cum profundissimo obsequio supplicat pro necessariis ad administrandam Dioecesim facultatibus.

Quam gratiam...

(f. 108) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Pro Gregorio Major, Episcopo Fogarasiensi Ritus Graeci.

Ex Audientia Ss.mi diei 14 Martii 1773: Ss.mus annutit.

S. Borgia, Secr.rius.

145.

14. III. 1773.

Facultas impertiendi benedictionem Apostolicam Ep. Fogarasiensi.

APF, *Udienze di Nostro Signore,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 109-110v.

Udienza 14 Marzo 1773.

B.me Pater,

Gregorius Major, Episcopus Fogarasiensis, novissime a S.te Vestra confirmatus, humillime supplicat pro facultate impertiendi Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria suis subiectis inter solemnia Missarum bis in anno elargienda.

Quam gratiam...

(f. 110) Ss.mo D.no Nostro PP. Clementi XIV.

Pro Gregorio Major, Episcopo Fogarasiensi.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 14 Martii 1773:

Ss.mus benigne concessit Oratori petitam facultatem pro duabus vicibus in quolibet anno, videlicet pro die Sancto Paschatis Resurrectionis D.ni N.ri Jesu Christi, et pro altera die eidem Oratori benevisa, dummodo tamen in impertienda Benedictione, de qua agitur, servet formam praescriptam a S. M. Clemente XIII, in litteris apostolicis datis tertia non. Septembris 1762.

Datum Romae ex Aedibus praedictae S. Cong.nis die 16 ejusdem mensis et anni.

Stephanus Borgia, Sec.rius.

146.

14. III. 1773.

Facultas transeundi ad alium Ritum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, fol. 113.

Udienza 14 Marzo 1773.

Beatissime Pater.

Devotus S. V. Orator Basilius Watuski, Polonus Dioecesis Premisliensis, penes oscula sanctissimorum Pedum exponit qualiter ille aspirans ad religionem Ord. Minor. Obs. praevie indigeat licentia transeundi de Ritu Graeco ad Latinum. Pro hac igitur supplicat enixissime S. V.

Quam gratiam Deus...

Ex Audientia diei 14 Martii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio Episcopi Premisliensis Ritus Graeci, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius

147.

9. V. 1773.

Altaria privilegiata pro Eparchia Fogarasiensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, fol. 196-199v.

Udienza 9 maggio 1773.
B.me Pater.

Gregorius Major, Episcopus Fogarasiensis, novissime a Sanctitate Vestra confirmatus, supplicat pro facultate erigendi altaria Privilegiata in Ecclesiis suae Dioecesis. Quam gratiam etc...

(f. 199v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi PP. XIV.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 9 Maji 1773: Ss.mus benigne annuit ad septennium.

Pro Gregorio Major, Episcopo Fogarasiensi.

148.

13. VI. 1773.

Dispensatio a bigamiae impedimento.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 216-217v.

B.me Pater

Stephanus Baszucki, Ritus Graeco Uniti Luceoriensis Dioecesis, humillimus Orator S. V., cupiens ad Sacros Ordines ascendere juxta Ritum suum, supplicat humillime pro dispensatione Bigamiae interpretativae, qua est irretitus. Quam...

(f. 217v) Sanctissimo Dom. Nostro Clementi PP. XIV.

Pro Stephano Baszucki, Ritus Graeco-Rutheni Uniti Luceoriensis Dioecesis.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum Sacrae Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 13 junii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis; dummodo idem Ordinarius sub obtentu hujusce dispensationis nihil omnino recipiat.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die 15 junii ejusdem anni.

Steph. Borgia, Secr.rius.

149.

13. VI. 1773.

Eadem dispensatio pro Eparchia Ostrogiensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 220-221v.

Udienza 13 giugno 1773.
B.me Pater.

Gregorius Przeniatiricki, Ritus Graeco Rutheni Uniti Ostrogiensis Dioecesis,[104] humillimus Orator S. V., cupiens ad Sacros Ordines ascendere juxta Ritum suum supplicat humiliter pro dispensatione Bigamiae interpretativae, qua est irretitus.

Quam... (f.221v) Sanctissimo Dom. N.ro Clementi PP. XIV.

Pro Gregorio Przeniatiricki, Ritus Graeco Rutheni Uniti Ostrogiensis Dioecesis.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 13 Junii 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis; dummodo idem Ordinarius sub obtentu hujusmodi dispensationis nihil omnino recipiat.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae Sac. Cong.nis, die 15 ejusdem mensis et anni.

Steph. Borgia, Secr.rius.

150.

27. VI. 1773.

Facultates pro Missionariis Basilianis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 234-237v.

Udienza 27 giugno 1773.
B.me Pater.

Onuphrius Bratkowski, Ord. S. Basilii Magni Provinciae Polonae Visitator Provincialis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profudissimo obsequio exponit se habere et non pauca monasteria, quibus ex mente Fundatorum imposita est obligatio absolvendi Missiones Ap.licas, eaque a se esse provisa de Personis idoneis ad actuale Missionum Ap.licarum exercitium, hinc humillime supplicat S.ti Vestrae praedictus Orator pro debitis et necessariis iisdem Ap.licis Operariis gratiis. Et primo: ut tempore actualis Missionis possint saltem duo Missae Sacrificium applicare pro Defunctis ad quodcumque Altare dicenda. Secundo: ut Cruci Ligneae quam elevare solent ad finem cujuslibet suae Missionis aliquas indulgentias applicare possint, quas fideles quolibet tempore lucrari possint pias ante eamdem Crucem fundendo orationes. Tertio: ut ad finem Missionis cujuslibet Apostolicam benedictionem populo eisdem Missionibus assistenti impertiri possint, maxime cum Missiones exerceant in partibus valde dissitis a Residentiis Episcoporum Populusque ille destituatur quasi tota vita tali benedictione.

Quam gratiam, etc...

---

[104] Eparchia Ostrogiensis Eparchiae Luceoriensi ad invicem unita fuit, et in titulum Coadiutoribus Luceoriensibus concedebatur. Sita erat in Volhinia.

(f. 237v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.
Ex Audientia diei 27 Junii 1773: Ss.mus annuit juxta modum.
Pro Onuphrio Bratkowski, Ord. S. B. M. Provincialis Provinciae Polonae.

151.

11. VII. 1773.

Professio fidei catholicae coram Procuratore Basiliano emittenda.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 245-246v.

Udienza luglio 11 1773.
B.me Pater.

Maximus Tamaref, humillimus S.tis V.rae Orator, natus in Imperio Russiae in quo grassatur schisma, quod ipse semper detestatus est, actu Romae praesens et in eadem Capitali volens figere domicilium, promptus est ea exsequi quae ad cautelam praemittenda praescripta sunt a Praedecessoribus S.tis Vestrae pro subditis Patriarcharum Orientalium si expressam communionem cum Sancta Sede habere voluerint. Hinc supplicat S.ti Vestrae humillimus Orator ut quae sibi ad praescriptum perficienda restant, eadem in manibus P. Ignatii Wolodzko,[105] Abbatis Zydicinensis Ordinis S. Basilii Magni et Procuratoris generalis Cong.nis Ruthenorum perficere, et absolutionem obtinere valeat a Schismate originali, si et in quantum opus est.

Quam gratiam, etc...

(f. 246v) Ss.mo D.no Nostro Clementi PP. XIV.
Pro Maximo Tamaref, Roxolano.
Ex Audientia Ss.mi, habita die 11 Julii 1773:

Ss.mus benigne concessit R. P. Ignatio Wolodzko, Procuratori Gen.li in Curia Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum, facultatem absolvendi Oratorem a Schismate juxta Instructionem tradendam a S. C. S. Officiii.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

152.

29. VIII. 1773.

De reductione Missarum perpetuarum in Monasterio Dobromyliensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 322-327v.

Udienza 29 agosto 1773.
B.me Pater.

Ampliatus Krzyzanowski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae Monasterii Dobromiliensis in Dioecesi

---

[105] Ignatius Wolodzko, Basilianus, Procurator Ordinis in Urbe (1760-1772), dein Archimandrita Zydyczynensis; obiit die 13 aprilis 1782.

Premysliensi Superior, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, praedictum Monasterium Dobromiliense, jam a plurimis annis, scilicet adhuc ante aggregationem sui in Congregationem, vel per incuriam Episcoporum Dioecesanorum, quibus tunc immediate subiectum erat, vel per suorum Superiorum inadvertentiam, maximum pati damnum ac gravamen, in diesque eapropter incapax reddi ad persolvendas plerasque perpetuas Missarum obligationes, quia pro iis nec stipendium sufficiens inscriptum seu datum est, nec his calamitosis temporibus etiam datum persolvitur, aliunde autem universalis in dicta Ruthenorum Ordinis S. Basiliii Magni Congregatione a multis annis stabilita per Constitutiones lex et praxis vigeat, ut perhibent Litterae Loci Ordinarii ad Sac. Cong.nem de Propaganda Fide datae, non amplius quam duodecim Missae Sacrificia in anno persolvenda perpetuis temporibus suscipi et obligari Monasterium pro censu a quolibet mille florenorum Polonicorum in scripto seu dato in perpetuam obligationem, et nullus quoque certus suppetat modus recipiendae vel in toto vel in parte annuae provisionis, saepe numero siquidem et maxime his temporibus, aut non solvitur integer census annuus, aut communiter medius tantum, quandoquidem in Regno Poloniae nulla recipiuntur loca Montium, hinc nullus adest modus certus (f. 2) ab inscripta pecunia recipiendi censum, adeo, ut ob longa facienda itinera et promovendas ex hac occasione in variis Tribunalibus lites, saepe numero vix non tantum Monasteria constringantur amittere, quantum sperarent sese pro annua provisione receptura. Quinimmo etiam non raro factas pro litibus ingentes expensas, gratis et irrecuperabiliter coguntur cedere. Talibus itaque in circumstantiis positum est, B.me Pater, Oratoris Monasterium; multas etenim perpetuas in Tabella numerat et absolvit Missarum et aliorum Officiorum obligationes, jam non duodecim Missae Sacrificia in anno ut supra innui a mille florenorum Polon. sed centum et amplius, ut videre est in separato folio quod humiliatur S.ti V.rae cum amplissimo Loci Ordinarii testimonio et voto, licet si ab inscriptis aut prorsus nullum, aut partem aliquam tantum seu medium recipiat censum annuum, multaque cogatur facere itinera et magnas pro litibus expensas. Hinc, B.me Pater, praedictus Orator cum profundissimo obsequio supplicat S.ti Vestrae ut pro sua Paterna Clementia, attento voto et testimonio Loci Ordinarii dignetur ejus audire postulata, et superflua Missae sacrificia ad duodecim pro quolibet mille florenorum Pol. in anno dicenda reducere, officia magna pro Defunctis, qualibet in septimana decantari solita, item ad duodecim per annum contrahere, Officium de Beata quotidie recitari solitum ex iisdem obligationibus, Diebus Dominicis, Festivis et tota Quadragesima, quando longissimum et canonicum Officium supprimere, reliquas vero obligationes sola consuetudine introductas pro quibus nullum stipendium participat Monasterium de plenitudine potestatis Apostolicae abolere et pro semper cassare.

Quam gratiam, etc...

(f. 323) E.mi Cardinales Patroni Col.mi.

Cum monasterium Dobromiliense Monachorum Ordinis S. Basilii Magni Dioecesis meae Premisliensis, plus aequo Missarum obligationibus gravatum, statuerit recursum facere ad Sanctam Sedem Apostolicam, ut eorum conscientiae consulat, et de plenitudine potestatis a superfluo onere dicendarum Missarum, et aliorum Officiorum Divinorum clementissime liberet, eorum intentioni preces meas asso-

ciando, fidele exhibeo testimonium, olim invaluisse morem in Polonia ab inscriptis mille florenis plus non acceptari Missas in perpetuam obligationem quam duodecim per annum lectas, si vero Missae cantatae praetenderentur, multo magis numerus earum diminuitur. Haec ita in praesenti rerum providentia usu veniunt, cum adhuc proventus Ecclesiasticus per septem a cento panditur, si vero, ut subaudimus, reducetur ad florenos polonicales quinque, plures stipendio Missae fraudati, curabunt etiam se ab obligationibus liberari. Adjungo supplicibus mei ipsius gratiis et favoribus Em.marum Vestrarum commendationem, ac profundissimo cultu maneo.

Die 11 Maji 1773, Premisliae.

E.tiarum Vestrarum dev.mus et obblig.mus servus

Athanasius Szeptycki, Episcopus Premisliensis.

(f. 327v) SS.mo D.no Nostro PP. Clementi XIV.

Ex Audientia Ss.mi diei 29 Augusti 1773:

Le Messe basse si riduchino alla limosina di due fiorini. Le solenni a sei fiorini, secondo il presente trattato de' feudi. Lo stesso si faccia per le altre per lascite, delle quali sebbene ora non constino i fondi, purchè la consuetudine dimostri che una volta furono assegnati.

Quanto all'ufficio della B. Vergine si dispensino per le Domeniche, Feste di precetto, e per il tempo di Quaresima, col peso però di recitare « l'Acathisto » in tutte le feste solenni della B. V., ed il « Moleben » nei Sabati di Quaresima.

153.

30. VIII. 1773.

Pro indulgentia quadam cotidiana in monasterio Poczajoviensi lucranda.

APF, *Udienze di Nro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 328-330v.

Udienza 30 Agosto 1773.
B.me Pater.

Sylvester Rudnicki, Episcopus Luceoriae, Exarcha totius Russiae, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, habere in sua Dioecesi, in ecclesia Monachorum Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Provinciae Protectionis B. Virginis Mariae, Monasterio Poczaioviensi,[106] gratiosissimam Imaginem B.mae Virginis Mariae, pro cujus majori cultu aureas a Vaticano nuper obtinuit coronas; hinc crevit notabiliter in populo devotio ut ex dissitissimis Regni Poloniae partibus et aliis Regionibus quotidie concurrant devoti, ibidemque confessionem et communionem absolvant, exorantes B.mam pro gratiis in suis necessitatibus. Quare conservandae devotionis causa in populo et providendi utilitati concurrentium quotidie

---

[106] Monasterium hoc inde ab anno 1712 unitum fuit; dein saec. XIX iterum in manus venit non catholicorum et usque ad nostra tempora famosum fuit hac imagine miraculosa. Ad dignitatem Laurae evectum fuit iam hac periodo non catholica. Claruit etiam typographia, in qua fere omnes libri liturgici ucrainorum catholicorum imprimebantur hac periodo. Cfr. quedam in « *Analecta OSBM* », ser. II, vol. IV, Romae. 1963.

Peregrinorum, tum pro decoranda quotidiana cum expositione Sanctissimi devotione, quae in eadem Ecclesia Poczaioviensi peragitur, Orator supplicat pro quotidiana aliqua indulgentia, jam vero pro consolatione eorum, qui ex dissitis partibus ad visitandam dictam Imaginem concurrunt, supplicat pro gratia ut in quacumque die dicti Advenae seu Peregrini ibidem se contulerint, et confessionem et communionem rite absolverint, Indulgentia plenaria potiri possint.

Quam gratiam, etc...

(f. 330v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Pro Sylvestro Rudnicki, Episcopo Luceoriensi.

Ex Audientia Ss.mi, diei 30 Augusti 1773:

Ss.mus annuit pro Indulgentia Plenaria semel in anno lucranda et pro Indulgentia biscentum dierum toties quoties pariter lucranda; idque in perpetuum.

Steph. Borgia, Secr.rius.

154.

5. IX. 1773.

De reconciliandis apostatis quibusdam Lublini et de competentia.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 331-334v.

Udienza 5 settembre 1773.

E.me Rev.me D.ne.

Orestes Nakimowski,[107] Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Monasterii Lublinensis Superior, Alumnus de Propaganda Fide, humillimus Orator Em.tiae V.rae, cum profundissimo obsequio exponit, in civitate Lublinensi commorare Graecos Mercatores; qui emissa in ante Fidei Professione erant sui Parochiani, tempore autem quo exercitus Russiacus in eadem civitate commorabat, in Divinis cum eodem exercitu, forsan ex ignorantia ut asserunt, communicarunt; cum autem denuo ad suum Parochum redire cupiant, impediuntur et vexantur ab Officio Consistorii Latini Lublinen., Dioecesis Cracoviensis, cum maxima injuria eorum Parochi, asserente non amplius Parochum Ruthenum et Episcopum Chelmensem super iisdem posse habere jurisdictionem ex eo quia desciverunt ab Unitis. Hinc praedictus Orator consulendo horum saluti humillime supplicat Em.tiae V.rae pro opportunis et necessariis facultatibus ad reconciliandum cum Ecclesia eosdem Graecos, (f. 331v) et ad remittendum eosdem pro paenis, si quas meruerunt, ad Consistorium Chelmense Episcopi Ritus Rutheni, utpote legitimi sui Pastoris.

Quam gratiam, etc...

(f. 334v) E.mo R.mo D.no Castelli, S. R. E. Cardinali,[108] S. Cong.nis.

Pro Oreste Nachimowschi, Ord. S. Basilii M., Alumno de Propaganda Fide, Superiore Lublinen.

---

[107] Orestes Nachimovskyj, Basilianus, Alumnus romanus ann. 1762 sq.

[108] Castelli Josephus Maria, Cardinalis Praefectus S. C. de Prop. Fide (1763-1780).

Ex Audientia Ss.mi diei 5 Septembris 1773:

Ss.mus benigne concessit Episcopo Chelmensi facultatem absolvendi Mercatores, de quibus agitur, in utroque foro.

Steph. Borgia, Secr.rius.

155.

12. IX. 1773.

Facultas transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 337-338v.

Udienza 12 Settembre 1773.

B.me Pater.

Andreas Lewicki, Polonus, annorum 17, Orator humillimus, ad pedes Beatitudinis Vestrae prostratus supplicat, ut benigno clementiae instinctu eidem facultatem concedere dignetur, atque dispensationem ex ritu Unito Graeco, quem hucusque utpote ex parentibus uno Graeco et altero Latino natus, sequutus erat, ad Latinum transeundi, desiderans ardenter Orator Ordinem S. Pauli Primi Eremitae ingredi, in quo jamjam a P. Crisosthomo Lubienski, eidem Provinciae Polonae praefecto Provinciali, fuit acceptus.

Quam Deus...

(f. 338v) Ss.mo Domino Nostro D.no Clementi Papae XIV.

Pro Andrea Lewicki, Polono.

Ex Audientia Ss.mi D.ni Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 12 Septembris 1773:

Ss.mus remisit preces ad D. Nuntium Ap.licum Varsaviensem, qui, audito Oratoris Ordinario, cum praedicto Oratore super transitum ad ritum Latinum poterit dispensare, si id expedire in Domino judicaverit.

Datum ex Aedibus dictae S. Cong.nis, die et anno quibus supra.

S. Borgia, Secr.rius.

156.

7. XI. 1773.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum et ingrediendi Ordinem latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 384-386v.

Udienza 7 novembre 1773.

E.mi e R.mi Signori.

Andrea Swistelnicki, Polono, della Diocesi di Leopoli, umilissimo Oratore dell'EE. VV., ossequiosamente espone, come essendo nato, battezzato nel ritu greco unito, e già da due anni intenzionato di transire al rito latino, e farsi Carmelitano Calzo, ma per l'impedimento della sua nascita, non può adimpire la brama proveniente dalla di lui vocazione, perciò supplica la benignità dell'E.ze Loro di degnarsi a

dispensarlo, ed accordargli la grazia, acciò possa adimpire la sua vocazione, e menar la vita nella detta Religione dei Carmelitani Calzi.

Che della grazia...

(f. 385v) Alla S. Congregazione della propaganda fide.

Per Andrea Swistelnicki, Polono, della diocesi di Leopoli.

Ex Audientia diei 7 Novembre 1773:

Ad D. Ordinarium cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

157.

14. XI. 1773.

Dispensatio ab impedimento bigamiae ad Ordines suscipiendos.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 398-399v.

Udienza 14 Novembre 1773.

Beatissime Pater.

Gregorius Hardasiewicz, Ritus Graeci Uniti, Archidioeceseos Metropolitanae Kioviensis in Polonia, humillimus Orator, S. V. humiliter exponit magno affici desiderio ut ad Sacros Ordines ascendere valeat. Cum autem Bigamia interpretativa sit irretitus, supplicat, ut cum ipso dispensare dignetur.

Quam gratiam...

(f. 399v) Ex Audientia Ss.mi diei 14 Novembris 1773:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae R.mi Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

158.

21. XI. 1773.

Altare privilegiatum pro quodam Basiliano.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 421-422v.

Udienza 21 Novembre 1773.

B.me Pater.

Paphnutius Kuchalski, Ordinis S Basilii Magni, Cong.nis Ruthenorum Provinciae Polonae Professus Presbyter, humillimus Orator S.tis V.rae, pro altari privilegiato personali ter in hebdomada ad subveniendum animabus in Purgatorio existentibus et pro Indulgentia Plenaria in articulo mortis tribuenda iis, quibus adsistere contigerit.

Quam gratiam, etc...

(f. 422) Ss.mo D.no Nostro PP. Clementi XIV.

Pro Paphnutio Kuchalski Ord. S. Basilii Magni Ruthen. Cong.nis.

Ex Audientia Ss.mi diei 21 Novembris 1773:

Ss.mus benigne concessit Oratori altare privilegiatum personale pro tribus vicibus in qualibet hebdomana, necnon facultatem impertiendi Benedictionem Christifidelibus ex hac vita decedentibus, cum applicatione Indulgentiae Plenariae in mortis articulo lucrandae, dummodo forma Const. s. m. Benedicti XIV in hoc rite servetur.

Steph. Borgia, Secr.rius.

159.

12. XII. 1773.

Indulgentiae concedendae pro Congregatione studentium Humanensium.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re.* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 468-469v.

Udienza 12 Dicembre 1773.

B.me Pater.

Philarethus Moczarski,[109] Ordinis S. Basilii Magni, Cong.nis Ruthenorum, S. Cong. nis de Propag. Fide Alumnus, humillimus S. Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit fuisse concessas Indulgentias Plenarias Congregationi studentium ad Monasterium Humanen. Ordinis S. Basilii Magni sub titulo Protectionis B. Virginis Mariae legitime et de consensu Ordinarii creatae, sed eaedem Indulgentiae tempore hostilis non unitorum invasionis et dirutionis Monasterii periere.[110] Quare praedictus Orator supplicat S.ti Vestrae pro concedendis denuo iisdem Indulgentiis plenariis pro omnibus festis B. Virginis Mariae huic eidem studentium juvenum congregationi Dioecesis Kioviensis in civitate Humanen.

Quam gratiam, etc...

(f. 469v) Ss.mo D.no Nostro PP. Clementi XIV.

Pro Philaretho Moczarski, Ordinis S. Basilii Magni, alumno S. Cong.nis de Propaganda Fide.

(f. 468) Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 12 Decembris 1773:

Ss.mus benigne concessit omnibus, et singulis, qui supradictae Congregationi nomen hucusque dederunt, vel in posterum quocumque tempore daturis Plenariam Indulgentiam, applicabilem etiam per modum suffragii Animabus in (f. 468v) Purgatorio detentis, in infrascriptis diebus; quatenus praemissa sacramentali Confessione et Eucharistica Communione, Deum per aliquod temporis spatium sincero corde oraverint pro haeresum extirpatione sanctaeque Fidei propagatione:

1. Festivitatis Annunciationis et Purificationis.
2. Nativitatis, Assumptionis, et Conceptionis B. Mariae Virginis.

---

[109] Alumnus romanus fuit ann. 1767, quo anno iuravit. De eo notatum habetur: « Laudandus pietate, ingenio, et in studiis ».

[110] Excidium s. d. Humanense locum habuit anno 1768, tempore motus popularis s. d. « Hajdamaččyna », qui motus excitatus fuit a gubernio moscovitico in damnum Regni Poloniae; hac occasione praesertim ucraini catholici multum passi sunt. Monasterium et schola Humanenses fere ex toto destructa fuerunt, ducibus Gonta et Zalizniak. Cfr. de hac re alia volumina nostrae Collectionis.

3. SS.rum Apostolorum Petri et Pauli.
4. Exaltationis S. Crucis.
5. S. Nicolai Myrensis.

Insuper Sanctitas Sua eisdem scholaribus corde saltem contritis Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum impertitur in reliquis Festivitatibus S. Mariae Virginis idque pariter in perpetuum.

Datum etc...

160.

12. XII. 1773.

Licentia celebrandi in domibus privatis pro monachis Humanensibus.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 472.

Udienza 12 Dicembre 1773.
B.me Pater.

Philarethus Moczarski, Ordinis S. Basilii in Cong.ne Ruthenorum Provinciae Polonae Professus, S. Cong.nis de Prop, Fide Alumnus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio S.ti V.rae exponit: quod ipse dispositus a Superioribus suis ad residendum in Monasterio Humanensi, posito in Ukraina ad ipsa confinia Moscoviae, in quo nuper quotquot reperti fuerunt Monachi, ut jam notum est S.ti V.rae, in odium fidei horrendissime ab Invasoribus non unitis trucidati sunt, et nunc quasi unicum hoc idem Monasterium ad instar ovis inter lupos reperitur unitum, cum tota ferme Braclaviensis Provincia a Periaslavien. non unito Episcopo per vim occupata sit, rarissimaque in toto hoc circuitu reperitur ecclesia, quae communionem cum S.ta Romana Ecclesia habeat. Quapropter Orator humillime supplicat pro altari portatili, hoc est ut quoties expedierit ipsum et alios Missionarios hujus Monasterii salutis animarum ergo extra Monasterium reperiri et non habere ecclesiam unitam, possint in Domo privata honesta Missae Sacrificium celebrare, habito secum antimensio a S. Sede Ruthenis permisso loco portatilis; idque ne alii Fideles uniti beneficio Missae destituantur.

Quam gratiam etc...

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis PP. XIV, per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 12. Decembris 1773:

Ss.mus attentis expositis in suprascripto libello supplici benigne indulsit ad decennium Oratori ceterisque Monachis Monasterii Humanensis, Sacerdotali charactere insignitis, quatenus in regionibus degant, in quibus ecclesiae Catholicorum non reperiuntur, facultatem celebrandi Sacrosanctum Missae Sacrificium in privatis domibus, in loco tamen decenti ac cuper antimensiis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, die 18 Decembris 1773.

Stephanus Borgia, S. Cong.nis de Propag. Fide Secr.rius.

161.

12. XII. 1773.

Facultates pro quodam Missionario Basiliano.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, fol. 474.

Udienza 12 dicembre 1773.

Philarethus Moczarski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum, S. Cong.nis de Propag. Fide Alumnus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum ex dispositione suorum Superiorum hic et nunc reperiatur in Monasterio Humanensi, quod positum est ad ipsa confinia Moschorum et inter non unitos, cum profundissimo obsequio supplicat Sanc.ti V.rae pro licentia legendi libros prohibitos ad impugnandum eosdem et absolvendi a quibuscumque casibus S. Sedi reservatis, etiam a Schismate et Haeresi.

Quam gratiam...

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri D.ni Clementis Div. Provid. PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium die 17 Decembris 1773:

Ss.mus D. N. Clemens PP. XIV benigne concessit Oratori facultatem absolvendi, quatenus sit difficilis recursus ad Ordinarium qui ab Apostolica Sede hanc facultatem habeat alii communicabilem: ab haeresi et apostasi a Fide, et a Schismate quoscumque etiam Ecclesiasticos, tam saeculares quam Regulares; non tamen eos qui ex locis fuerint ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impune grassantur haereses, et post judicialem abjurationem, illuc reversi in haeresim fuerint relapsi, et hoc in foro conscientiae tantum, quae facultas sit ad decennium.

Insuper eadem S.tas Sua praefato pariter Oratori clementer impertita est facultatem retinendi et legendi omnes et quoscumque damnatorum authorum prohibitos libros, etiam in indice romano librorum prohibitorum damnatos, quos sub secreto et clave teneat, ne ad aliorum manus deveniant, exceptis tamen Caroli Molinei, Nicolai Machiavelli operibus, Adonide Marini, Historia Civili Regni Neapolis, Petri Giannoni, Poemate inscripto la Pulcelle de Orleans et libro cui titulus De l'Esprit; Insuper Istruzzioni intorno la S. Sede tradotte dal Francese 1765, Oeuvres Philosophiques de Mr. La Meuttrie, Les Collimaçons abrègè de l'Histoire Ecclésiastique sub mentito nomine De Fleury, riflessioni d'un Italiano sopra la Chiesa in generale, Système de la Nature, Londres 1770; Astrologicis judiciariis omnibusque aliis superstitiosa continentibus ac libris haereticorum in quibus ex professo impugnatur Catholica Religio. Datum Romae, ex Aedibus praedictae Sacrae Cong.nis, die et anno praefatae Audientiae.

Stephanus Borgia, Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rius.

162.

16. I. 1774.

Dispensatio ab impedimento bigamiae ad exercendos Ordines.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 522-523v.

Udienza 16 gennaio 1774.

Petrus Usowicz Presbyter Ruthenus Wladimirien Dioecesis et Parochus Oblapscensis, humillimus Sanctitatis Vestrae Orator, reverenter exponit, quod, contracto prius per secundas nuptias impedimento Bigamiae, ad Sacros deinde Ordines fuit promotus absque praevia dispensatione ab irregularitate. Ad pedes ideo ejusdem Sanctitatis Vestrae provolutus pro tali dispensatione obtinenda demisse nunc orat atque obtestatur.

Quam Deus...

Ex Audientia die 16 Januarii 1774.

Arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus (f. 523v) necessariis et opportunis, imposita tamen Oratori aliqua salutari poenitentia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

163.

30. I. 1774.

Facultas transeundi ad alium Ritum et ingrediendi Ordinem latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13 ff. 524-525v.

Udienza 30 Gennaio 1774.

E.mi et Rev.mi D.ni.

Andreas Svitdnicki, Laicus Ritus Graeci Leopoliensis Civitatis, vel Dioec., EE. VV. Orator humillimus, omni obsequio exponit, quod ipse fervore devotionis accensus, ac perfectioris vitae status amore permotus habitum Religiosum in uno ex quatuor Ritus Latini Mendicantium Ordinibus suscipere, ac Professionem regularem emittere summopere desiderat. Verum cum id explere non possit, nisi facultas transeundi a Ritu Graeco ad Latinum ab ista Sac. Cong. benigne ipsi concedatur, supplicat humiliter EE. VV. ut facultatem praedictam ad effectum suscipiendi habitum et Regularem Professionem emittendi in uno ex dictis Ordinibus benigne ipsi impertiri dignentur, remittendo exsequutionem suarum precum Archiepiscopo Leopoliensi Ritus Latini.

Quod...

(f. 535v) Pro Andrea Svitdnicki, Laico Ritus Graeci Leopoliensis Civitatis, vel Dioec.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis Papae XIV, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 30. Januarii 1774:

Ss.mus remisit preces arbitrio et prudentiae E.mi D. Cardinalis Vicecomitis [111] cum facultatibus necessariis et oppurtunis.

Datum Romae ex Aedibus praedictae Sac. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Secr.rius.

---

[111] Antonius Eugenius Visconti, Nuntius Varsaviensis (1760-1766), dein Viennensis ann. 1766-1774. Obiit an. 1788, die 3 martii.

164.

30. I. 1774.

Facultas transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 532-533v.

Udienza 30 Gennaio 1774.
B.me Pater.

Helena quondam Welicka, ad praesens Glembocka, nobilis Polona, humillima S. V. Oratrix, cum profundissimo obsequio exponit, quod ipsa adhuc anno 1764 ab hac Sede Apostolica obtinuerit dispensationem transeundi a Ritu Rutheno, seu Graeco ad Latinum et de facto transiverit eodem anno, et absoluta fuerit ex causa, quod inter non Unitos a Patre suo Wladimiro Krzyzanowski educata fuerit, per Patrem Josephum a B. Virgine Maria, Carmelitam Discalceatum, sed cum tempore hostilis et tumultuaris invasionis perierit haec eadem dispensatio, et acta in quibus ingrossata fuerat, combusta sint, et aliunde a Superioritate Ruthenorum vexetur, quasi sine dispensatione ritum mutaverit, humillime supplicat S. V. pro eadem ad cautelam, et tuitionem sui, dispensatione.

Quam...

(f. 533v) Ex Audientia diei 30 Januarii 1774:

Veris existentibus expositis Ss.mus ratum habuit transitum Oratricis ad Ritum Latinum.

S. Borgia, Secr.rius.

165.

30. I. 1774.

Indulgentia plenaria pro festo die Annuntiationis B. V. M.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 540-541v.

Udienza 30 gennaio 174.
B.mo Padre.

Procurator Generalis Ordinis S. Basilii Magni, humillimus S. V. Orator, cum profundissimo obsequio exponit, in Monasteriis sui Ordinis particulari cultu ac devotione CELEBRARI Festum Annuntiationis Beatissimae Virginis ibique propulum utriusque sexus promovendae et absolvendae ejusdem devotionis causa in magna frequentia concurrere, quam devotionem ut majori zelo devotus populus constanter absolvere valeat et ejusdem devotionis promotores pariter promovere studeant, supplicat humillimus Orator pro Indulgentia Plenaria pro supradicto festo concedenda.

Quam gratiam etc...

(f. 541v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi XIV.

Ex Audientia Ss.mi die 30 Januarii 1774:

Ss.mus annuit nedum pro Ecclesiis Monachorum, sed etiam Monialium.

Steph. Borgia, Secr.rius.

166.

30. I. 1774.

Indulgentia plenaria et altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 542-543v.

Udienza 30 gennaio 1774.
B.me Pater.

Felix Comes Czacki, Polonus, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio S.tem Vestram exorat, ut quoties sua peculiari devotione contritus et confessus fuerit sacramque Communionem sumpserit, Indulgentiam Plenariam toties lucrari ex benignitate S.tis Vestrae possit, defunctis quoque applicabilem.

Item ut quoties Sacrosanctum Missae Sacrificium pro Defunctis Parentibus et consanguineis suis celebrari per aliquem Sacerdotem fecerit, illud Missae Sacrificium eodem privilegio gaudeat ac si ad altare privilegiatum celebratum fuerit.

Quam gratiam etc...

(f. 543v) Ss.mo D.no Nostro Papae Clementi XIV.

Pro Comite Felice Czacki, Polono.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium:

Ss.mus benigne concessit Oratori vere poenitenti, confesso ac S. Comunione refecto, Plenariam Indulgentiam, quoad vixerit, in tribus Festivitatibus D. N. Jesu Christi, et in tribus aliis B. Mariae Virg., Oratori ipsi benevisis; necnon ut omnes Missae, quas in suffragium suorum Consanguineorum, vel affinium ad tertium usque gradum inclusive celebrare faciet, tales sint, ac si in altari privilegiato celebrarentur.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Sacrae Cong.nis Prop. Fide Secr.rius.

167.

20. II. 1774.

Indulgentia plenaria pro festo S. Gregorii Nazianzeni.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 552-553v.

Udienza 20 febbraio 1774.
B.me Pater.

Ordo S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum, inter Patronos sui Ordinis numerat S. Gregorium Nazianzenum. Cum vero, Sancte Pater, Superiores dicti Ordinis alias supplicando S.ti Vestrae pro Indulgentia pro Festo SS. Patronorum sui Ordinis sibi et devotis utriusque sexus concedenda, nomen laudati Sancti inserere omiserint, hinc supplicant S.ti Vestrae praefati humillimi Oratores pro Indulgentia Plenaria Perpetua etiam pro festo laudati S.ti Patroni ejusdem Ordinis.

Quam gratiam, etc...

(f. 553v) Ss.mo D.no N.ro PP. Clementi PP. XIV.

Pro Porphirio,[112] Abbate Generali Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum.
Ex Audientia Ss.mi 20 Februarii 1774: Pro gratia in perpetuum.

Steph. Borgia, Secr.rius.

168.

20. II. 1774.

Absolutio ab irregularitate.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 556-557v.

Udienza 20 febbraio 1774.
B.me Pater.

Basilius Pozarzycki, Presbyter Ruthenus Dioecesis Polocensis, in Curia praesens, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, quomodo ipse jam a duodecim annis incurrit in censuram irregularitatis, ob perpetratum a servo suo duarum personarum infidelium, matris scilicet et filii Judaeorum homicidium, ad quod licet si ipse directe non concurrerit, nullum videlicet expressum dando mandatum pro nece harum personarum, indirecte tamen a Superioribus suis concurrisse judicatus est, utpote quia condescendit servo suo libenter et ultronee sese offerenti, Judaeum, Oratoris inimicum, maritum vero Judeae supramemoratae, ligatum manibus et pedibus ad Oratorem noctu conducere, nulla facta necis mentione; probe siquidem ille homicida servus cum suo socio scivit Oratorem seu dominum suum nullatenus ea conscientia fuisse, ut interficeret inimicum et damnificatorem suum Judaeum, sed quod alio aliquo modo, carcere scilicet aut injuria aliqua levi eum afficere vellet, quod et publice est confessus, cum poenam mortis pro hoc nefando crimine sustulit; suprafatus itaque Orator etsi nullatenus directe ad mortem supradictorum Infidelium concurrerit, luit tamen debitas poenas, et jam per duodecim annos irregularitatis (f. 556v) censuram, nam bis aut ter post hoc factum celebravit, sustinet. Ita tamen toto hoc tempore suae duodennalis poenitentiae sese gessit, ut amplissimam commendationem a suo Ordinario, Archiepiscopo videlicet Polocensi ad Exc.mum D. Nuntium Poloniae pro reportanda absolutione ab hac irregularitate promeruerit, cujus commendationis meminit idem Exc.mus D. Nuntius in una ex suis ad Procuratorem Generalem Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum data, quaeque hic subjungitur originalis in separato folio, testimonii causa. Provolutus itaque supradictus Orator ad pedes S.tis Vestrae cum lacrymis gratiam absolutionis a S.te Vestra expostulat, pro eaque recipienda, si placuerit S.ti Vestrae, ad Poenitentiarium pro Polonia in Ecclesia S. Petri cum facultatibus necessariis et opportunis remitti.

Quam gratiam, etc...

(f. 557v) Ss.mo D.no Nostro PP. Clementi XIV.

---

[112] Agitur de Porphyrio Ważynskyj, Protoarchimandrita Basilianorum (1772-1790); dein Episcopus Chelmensis (1790-1804).

Pro Basilio Pozarzycki, Presbytero Rutheno Dioecesis Polocensis.

Ex Audientia Ss.mi 20 Februarii 1774:

Arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Poloniae cum facultatibus necessariis et opportunis, imposita salutari poenitentia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

169.

20. III. 1774.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae in Eparchia Peremysliensi.

APF, *Udienze di N.ro, Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 608-609v.

Udienza 20 marzo 1774.

B.me Pater.

Athanasius Szepticky, Episcopus Premisliensis, humillimis S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, in Dioecesi sua, praecipue his calamitosissimis temporibus, orbatas suis Rectoribus esse ecclesias, et vacare; Quibus aliter Orator providere non potest hic et nunc, nisi ad easdem etiam promoveat Bigamos, a Patronis Legitimis praesentatos. Hinc supplicat S.ti Vestrae pro dispensatione cum iisdem, quorum numerus ad praesens ad duodenarium ascendit.

Quam gratiam, etc...

(f. 609v) Ss.mo D.no Nostro Clementi PP. XIV.

Ex Audientia SS.mi D.ni N.ri Clementis Papae XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 20 Martii 1774:

Ss.mus, attentis particularibus circumstantiis, remisit arbitrio et conscientiae Episcopi Oratoris facultatem dispensandi cum duodecim bigamis suae Dioecesis, ut illos ad Ecclesiasticos Ordines promovere possit, et valeat.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Secr.rius.

170.

10. IV. 1774.

Dispensatio ab irregularitate et renovatio decreti Urbani VIII de non transitu ad alium Ritum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 640-643.

Udienza 10 aprile 1774.

E.mi el Rev.mi Domini.

Basilius Glowacki, Sacerdos Ruthenus, ordinatus a moderno Metropolitano anno 1771 pro Vicariatu ad Ecclesiam Zarudyniecensem absque Patroni praesentatione, postea ad vacans beneficium curatum in oppido Przyluka ejusdem dioecesis Metropolitanae obtinuit praesentationem a proprio Patrono Ecclesiae, solutis 50 Hungari

calibns ejus Plenipotentiario, idicrco, non obstante Administratione Apostolica tunc durante in persona R.P.D. Episcopi Leopoliensis, a Vicario Metropolitano suspensi, dein pro excommunicato pubblicati, sed quia iste, stante dicta administratione nullam jurisdictoinem habuerat, Orator celebrabat, et Sacramenta administrabat, audita demum reintegratione subsecuta in fine anni 1771 jurisdictionis R.P.D. Metropolitani, abstinuit se ab administratione Sacramentorum. Cum autem videret multos pro tunc accedere ad Protopresbyterum disunitum, etiam ipse se contulit ad eundem, et se subscripsit pro disunione, a quo obtenta facultate in scriptis celebrabat, et Sacramenta administrabat. Tandem anno mox praeterito reversus in se fecit recursum ad Exc.mum Nuncium Apostolicum Poloniae, neque ab hoc obtinuit quod petiit. Humiles igitur suas preces porrigit Emin.tiis V.tris Rev.mis pro absolutione ab omni excomunnicatione, suspensione, aliisque poenis ob praemissa incursis, et respective pro dispensatione super irregularitale contracta, demum pro habilitate ad retinendum, seu obtinenda Beneficia.

Quam gratiam...

Decretum.

SS.mus D.nus N.r Clemens divina Providentia PP. XIV, me infrascripto Sac. Cong.nis de Prop. Fide referente, in Audientia habita die 10 Aprilis anni currentis, justis de causis permotus, renovandum censuit pro omnibus locis et Provinciis quae Moschorum Imperio modo subsunt, Decretum fel. recordationis Urbani PP. VIII. de non transitu Ruthenorum ad Laitnum ritum editum sub die 7 Februarii 1624, mandavitque Praedictorum Locorum et Provinciarum Ordinariis illud in suis Dioecesibus sive districtibus publicari, ac ab omnibus cum Latinis, tum Graecis inviolabiliter observari sub poenis in eodem contentis.

Decretum autem supradictum est hujusmodi: « Ad conservandam etc. ».[113]

Datum Romae, ex Aedibus Sac. Cong.nis de Prop. Fide, die 12 Aprilis 1774.

(f. 643 v) Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 10 Aprilis 1774:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae R. P. D. Nuncii Ap.lici Varsaviensis cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, imposita tamen Oratori salutari poenitentia.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Secr.rius.

171.

1. VI. 1774.

Dispensatio ab irregularitate bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 673-676v.

---

[113] Cfr. *Acta Sac. Congr. de Propaganda Fide,* vol. I, Romae 1953, pag. 16, nr. 9.

Udienza 1 Giugno 1774.

B.me Pater.

Theodorus Eijranowicz, Dioec. Brestensis, ritus Graeci Latino Uniti, humillimus S. V. Orator, reverenter exponit, quod cum Bigamiae vinculo irretitus sit, ex quo prima demortua uxore, alteram virginem duxerit, non possit ad Sacros Ordinis promoveri, ad quos ardenter aspirat; ideo supplicat S. V. pro dispensatione, quam obtinere eo certius confidit, quod Episcopus non solum habilem, ac idoneum, verum etiam perutilem ac necessarium esse testatur, ut ex ejusdem testimonio adnectitur.

Quam Deus...

(f. 675) Adamus Antoninus Mlodowski, Dei et S.ae Sedis Ap.licae gratia Episcopus Brestensis, Coadjutor cum successione et Administrator Gen.lis Episcopatus Wladimiriensis, Abbas Suprasliensis.

Universis et singulis, quorum interest, per praesentes litteras visuris, lecturis legive audituris significamus quod cum Devotus Theodorus Eijranowicz adspiret ad statum spiritualem, in eoque postquam constitutus fuerit ad SS. Ordines promoveri, atque Benefitium Ecclesiasticum obtinere cupiat, jam autem ex eo, quod post mortem primae uxoris alteram virginem duxerit, Bigamus vere atque ideo irregularis existens cum non possit sine praevia dispensatione Ap.lica suorum hujusmodi votorum compos fieri, idcirco pro impetranda gratia ad S. Sedem Ap.licam recursum faciens nobis humiliter supplicavit, quatenus eidem super praemissis opportunum testimonium extendere dignaremur, Nos supplicationibus ejusmodi benigne inclinati, non solum eum ob vitae morumque probitatem ac doctrinae sufficientiam habilem et idoneum, verum etiam necessarium perutilemque fore attestamur, et quatenus ad effectum praemissorum S. Sedes Ap.lica gratiose cum eodem dispensare dignetur, instantissime rogamus. In quorum fidem, etc. Datum in Chenie, die 17 martii 1774 anno.

Antonius Kozorowski, Vicarius Gen.lis in spiritualibus Off.lis Gen.lis Praep. Cath. Brestensis.

(f. 676v) SS.mo Dom. N.ro Clementi PP. XIV.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis PP. XIV, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 18. Maij 1774:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die et anno quibus supra.

Steph. Borgia, Secr.rius

Pro Theodoro Eijranowicz, Brestensi R. G. L. U.

172.

19. VI. 1774.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 714-715v.

Udienza 19 giugno 1774.
B.me Pater.

Elisaeus Popiel, Ritus Graeci Latino Uniti, humillimus S.tis V.rae Orator, cum ardenter desideret Sacris initiari, sed impedimento bigamiae sit irretitus, quia viduam duxerit uxorem, idcirco demisse supplicat pro opportuna dispensatione.

Quam Deus etc...

(f. 715v) Ex Audientia Ss.mi diei 19 Junii 1774:

Arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

173.

19. VI. 1774.

Altare portatile concedendum pro terra Ucrainae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1773 e 1774, vol. 13, ff. 716-717rv.

Udienza 19 Giugno 1774.
B.me Pater.

Felix Comes Czacki, Polonus, Regni Dignitarius Minister, humillimus S.tis V.rae Orator cum profundissimo obsequio provolutus ad pedes S.tis V.rae exponit: se per aliquot annos diram, sub custodia militis Russiaci, ob Fidei et Legum Patriarum uti universo probe notum est zelum, subiisse captivitatem; cum vero una cum aliis Senatoribus Regni libertati restitutus sit, et in omnibus suis feudis et bonis quorum non mediocrem in hoc Regno possidet portionem, maxime vero in Ukraina et Palatinatu Kioviensi, ubi etiam nunc gravis saevit in Ruthenos Unitos persecutio, fidei unionisque sanctae zelantissimus propagator esse semper desideret et existat actuque personaliter eadem sua feuda visitet, quam ob causam non raro sese reperiri posse in talibus partibus ubi nulla catholica unita hic et nunc reperitur ecclesia, proinde humillime supplicat S.ti V.rae pro altari portatili, ita nimirum ut habito aliquo Sacerdote Catholico sive saeculari sive regulari in domibus privatis honestis tamen et decentibus Missae Sacrificium facere celebrare, adhibitis omnibus necessariis, possit et eidem Missae cum toto non exiguo suo comitatu et famulis assistere valeat et possit Indulgentiasque quas nuper pro persona sua ea benignitate S.tis V.rae obtinuit, praemissa Sacramentali Confessione et Communione, possit lucrari.

Quam gratiam, etc...

(f. 716) Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Clementis PP. XIV, habita die 19 Junii 1774:

Relato Ss.mo D.no N.ro per me infrascriptum S. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium praesenti supplici libello, Sanctitas Sua attentis particularibus circumstantiis, et ex gratia speciali, benigne indulsit Oratori ad septennium, quatenus in locis in quibus Catholicorum Ecclesiae non adsint, et Ordinarius ultra duas dictas Ukrainae et Palatinatus Kioviensis distet, alias de ejus licentia, facultatem celebrari faciendi per sacerdotem saecularem vel regularem, gratiam et communionem cum Sancta Romana Ecclesia habentem, sacrosanctum Missae sacrificium in aedibus, in quibus moram traxerit, in loco tamen decenti.

Quod Missae sacrificium in praecepti adimplemento valeat non tantum pro Oratore praedicto, ac ejus familia, sed etiam pro (f. 716v) toto suo comitatu. Insuper eadem Sanctitas Sua indulsit, ut in hujusmodi Missis praefatus Orator, ejus familia, et comitatus percipere possit de manu Sacerdotis celebrantis Sacram Eucharistiam, extra tamen tempus Paschale, et salvis juribus Parochorum.

Datum etc...

174.

12. III. 1775.

De administratione Decanatuum Rohaczov et Homel.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 15 e 24v.

Udienza 12 Marzo 1775.

Nell'occupazione fatta dalla Russia di una parte della Lituania a danno della Polonia, passarono in dominio di quella Potenza i due decanati di Rohaczew e Homel della Diocesi Metropolitana in Lituania.

Non potendo Mons. Metropolita di Russia esercitar più giurisdizione sopra detti Decanati per la proibizione fattagliene dal nuovo governo, con decreto dei 18 Aprile 1773 se ne diede la cura a Mons. Lepkowski, odierno Arcivescovo di Smolensko di rito Greco Unito.

Intanto la Russia volle che i Latini degli antichi e nuovi suoi dominii fossero tutti governati da un solo Vescovo, che pretese di istituire in Bianca Russia; e che ugualmente i Ruteni Uniti fossero tutti governati dall'Arcivescovo di *Polosco.*

Ciò non ostante, il sistema adottato dalla Propaganda, (f. 15v) di prevalersi dell'Arcivescovo di Smolensko, ha avuto il suo corso finché avendo sotto il dì 24 settembre 1774 il Conte di Czerniszew, Governatore de' nuovi acquisti Russi, richiesto dall'Arcivescovo di Polosco nota di monasteri e chiese degli Uniti esistenti sotto il suo pastoral governo, e non avendovi trovate quelle dei due decanati, è venuto in cognizione del sistema nostro.

Ha quindi ordinato all'Arcivescovo di Polosko di reggere per sé stesso detti due decanati, ancorché siano assai distanti dalla sua Diocesi, ed abbia il sopra carico della cura di altre 750 mila anime.

Suggerisce Mons. Garavaggi, che nelle dure circostanze delle cose sarebbe espediente di delegarne la cura a Mons. di Polosko, il quale per tal modo abilitato al governo de' medesimi decanati potrà suddelegarla per ragione del comodo e della vicinanza a Mons. di Smolensko.

(f. 24v) Ex Audientia Ss.mi die 12 Martii 1775:

Ss.mus ex peculiaribus circumstantiis et gravissimis causis, per me infrascriptum sibi relatis ad Suum et Sedis Ap.licae beneplacitum deputavit et declaravit R. P. D. Archiepiscopum Polocensem Rutheni ritus Administratorem et Visitatorem in spiritualibus illius partis Metropoliae Ruthenae, quae jam concessit in Moschici Imperii ditionem, salvis tamen atque exceptis bonis temporalibus, quorum administratio atque jus intactum reservatur D. Metropolitano, extenditque hac de causa eidem Archie-

piscopo facultates ipsi concessas pro sua Dioecesi, et sub formula 3ª contentas quibuscumque in contrarium nihil obstantibus.

Steph. Borgia, Secr.rius.

175.

19. III. 1775.

Dispensandi facultas ab irregularitatibus.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 27-32v.

Udienza 19 marzo 1775.
B.me Pater.

Onuphrius Bratkowski, Ordinis S. Basilii. M., Abbas Monasterii Unioviensis, Provincialis Provinciae Polonae, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit habere se duos Religiosos professos in Provincia sua, capaces aliunde Sacrorum Ordinum; sed impeditos irregularitate. Quorum alter Joannes Mdzewski nominatur et irregularitatem contraxit, quia adhuc saecularis agens Curialem causis criminalibus assistebat, secuto etiam mortis effectu. Alter autem Sylvester Zawadzcki, qui in Religione cum jam esset Professus, et vehementer carnis sensisset stimulos, ad mutilationem membrorum pudicorum processit, et actu se his mutilavit. Humillimas itaque pro et cum istis Religiosis suprafatus Orator S.ti V.rae porrigit preces, pro reportanda absolutione a supradicta irregularitate.

Quam gratiam...

(f. 33v) Ex Audientia Ss.mi 19 Martii 1775: Pro gratia

Steph. Borgia, Secr.rius.

Pro Onophrio Bratkowski, Ordinis S. Basilii Provinciali Provinciae Polonae.

176.

19. III. 1775.

Dispensatio ab impedimento bigamie.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 28-33v.

Udienza 19 marzo 1775.
Beatissime Pater.

Lucas Stankiewicz, Presbyter Dioecesis Kiowiensis R. G. U., humiliter exponit, quod ipse antequam ad Sacros Ordines in suo ritu promotus fuerit, matrimonium cum Francisca Maslowska, quae se virginem dixit et communiter reputabatur, in facie Ecclesiae contraxit; septimo decurrente anno in bona fide cohabitationis matrimonialis, certam tandem ex testibus sumpsit notitiam, quod ipsa ante novennium cum alio matrimonium contraxerat, et post breve tempus matrimonialis cohabitationis in viduali statu post obitum prioris viri remansit, atque fingens se virginem, obsequium apud certum magnatem suscepit. Cum autem exponens de bigamia ad praesens

certus sit, et exinde metuat se irregularitatem contraxisse, hinc recurrendo ad Sanctitatem Vestram, quam humillime suppplicat, quatenus in praemissis cum Oratore benigniter dispensare dignetur.

Quam Deus etc....

(f. 32v) Sanctissimo Domino N.ro D.no Pio PP. VI.

Pro Luca Stankiewicz, Presbytero R. G. U. Dioecesis Kioviensis.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 19, Martii 1775:

Ss.mus remisit preces arbitrio, et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis, et opportunis.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae Sac. Cong.nis, die 23 ejusdem mensis et anni.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

177.

30. IV. 1775.

Dispensatio ab irregularitate.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 99 e 105v.

Udienza 30 Aprile 1775.
B.me Pater.

Porphirius Skarbek [114] Wazinski, Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum Protoarchimandrita, humillimus S. V. Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S. V. pro facultate ut cum Josaphate Wisocki, Ordinis et Cong.nis suae, Abbate Zolkiewiensi et in quantum opus fuerit, dispensare possit in irregularitate, quam incurrisse censetur ob violatas censuras, quibus a legitimo suo Judice supradicto Oratore comminatus, celebrare aliquoties ausus est.

Quam gratiam, etc...

(f. 105v) Ex Audientia SS.mi diei 30 Aprilis 1775:

SS.mus annuit juxta petita.

Steph. Borgia, Secr.rius

178.

30. IV. 1775.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 98-107v.

---

[114] Cfr. supra, nota 112.

Udienza 30 aprile 1775.
E.mi et Rev.mi D.ni.

Basilius Sergenlinski, Dioecesanus Bresten. Ritus Graeci Uniti, EE. VV. Orator, humillime exponit, quod ipse habuit in uxorem primo voto Virginem, et cum ea vixit steriliter; post ejus obitum duxit in matrimonium alteram Antoninam, pariter virginem, filiam Constantini Waszinski, Parochi Drehlovien. ejusdem ritus. Sed quia stante hoc subalterno matrimonio cupit assumere statum spiritualem, ut nempe possit fieri Presbyter ejusdem Graeci Uniti, et retinere Parochialem Ecclesiam ejusdem ritus, et inde est aliunde capax dicti status, ac habet Receptores in ordine ad conferendum Beneficium, supplicat humilter EE. VV. secum benigne dispensari super bigamia hujusmodi.

Quod...

(f. 107v) Ex Audientia Ss.mi diei 30 Aprilis 1775:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessraiis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

179.

7. V. 1775.

Dispensatio a Breviario tempore itineris.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 111 e 124v.

Udienza 7 maggio 1775.
B.mo Padre.

Ignazio Filipowicz, [115] Monaco Basiliano Ruteno, che ha nove volte servito in qualità di Suaddiacono e Diacono Greco nelle Cappelle Pontificie, dovendo fra breve sortire da questa Capitale per le Sagre Missioni in Polonia, e dovendo fare un viaggio lunghissimo non senza molti gravi incomodi per la strada, parte per terra, parte per mare, perciò prostrato ai piedi della S.tà Vostra umilmente La supplica che voglia dispensarlo dall'Offizio divino per il tempo del viaggio, mentre troppo si sentirebbe aggravato per la lunghezza del medesimo Offizio secondo il rito Greco.

Che della grazia, etc.

Ad S. Cong.nem de Propaganda Fide.

(f. 124v) A Sua Santità di Nostro Signore PP. Pio VI.

Per Ignazio Filipowicz, Sacerdote Greco.

Ex Audentia Ss.mi, diei 7 Maji 1775:

Ss.mus benigne dispensavit cum Oratore super recitatione Divini Officii pro tempore itineris tantum, quo in Provinciam revertitur; dummodo illius loco quotidie recitet integrum Rosarium B. Mariae Virginis.

S. Borgia, Secr.rius.

---

[115] Alumnus romanus; nat. 1749 (22. VIII). Doctor in phil. et theologia, discessit 4. VII. 1774.

180.

7. V. 1775.

Substitutio vocalitatis duorum monasteriorum Basilianorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 113 e 122v.

Udienza 7 maggio 1775.
E.mo e R.mo Sig.re.

Il P. Protoarchimandrita dell'Ordine di S. Basilio della Congregazione de' Ruteni, umil.mo Oratore di V. E. R.ma, con profondissimo ossequio espone qualmente essendo in questi infelicissimi tempi del Regno di Polonia un Monastero Vocale chiamato Jastvicense della suddetta Congregazione, della Provincia di Lituania, per decreto della delegazione della Repubblica soppresso, vien mancare non solo per il Capitolo provinciale prossimo futuro ma altresì per il Capitolo generale un Superiore locale; perciò il suddetto Oratore ancor a nome della Provincia di Lituania supplica V. E. e questa Sac. Congregazione che in luogo del Superiore Vocale del Monastero Jastvicense, già soppresso, se ne sostituisca il Superiore che presentemente non Vocale, del Monastero di Roasna.[116]

Che della grazia,...

(f. 122v) Per il Protoarchimandrita de' Basiliani Ruteni.

Ex Audentia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium, die 7 Maji 1775:

Ss.mus D.nus Noster Pius Div. Prov. PP. VI, attentis peculiaribus circumstantiis benigne annuit juxta petita; quibuscumque in contrarium nihil obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die 8 ejusdem mensis et anni.

181.

16. VII. 1775.

Facultates pro Episcopo Kioviensi latino.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 196-197v.

Udienza 16 luglio 1775.
Beatissimo Padre.

Francesco Candido Osolinscki, Vescovo Kijovien., Oratore umil.mo di Santità V., con divotissimo ossequio ai Piedi del supremo suo Pastore espone: che essendo esso novamente provisto di questo Vescovato ed avendo la necessità delle facoltà

---

[116] Agitur de monasterio Rosanensi, in eparchia metropolitana Kioviensi (pars lithuana), in palatinatu Novogrodecensi.

necessarie, in tal caso supplica la S.tà V.ra di concederle benignamente.

Che della grazia etc...

(f. 197v) Alla Santità di N.ro Signore PP. Pio VI.

Per Francisco Candido, Vescovo di Kijow in Polonia.

Ex Audentia Ss.mi 16 Julii 1775: Ss.mus annuit.

S. Borgia, Secr.rius.

182.

20. VIII. 1775.

Dispensatio a recitando Officio Divino.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 226 e 229v.

Udienza 20 agosto 1775.

B.mo Padre.

Giuliano Parzinski e Teofane Holdaiewicz, monaci Basiliani Ruteni Professi dell'Ordine di S. Basilio della Provincia di Polonia, alunni nel Collegio Cesareo regio Viennense, umilissimi Oratori di Vostra Santità, con profondissimo ossequio supplicano per la dispensa dal Divino Officio in un altro della Madonna Santissima, detto in lingua Rutena Moleben, imperocché essendo nel rito Ruteno l'Ufficio assai lungo i suddetti Oratori non possono senza grave inconveniente sodisfarlo nelle ore che loro restano dopo lo studio di Filosofia e delle lingue, sino che prenderanno l'Ordini sagri.

Che della grazia, etc...

(f. 231v) Alla S.tà di N.ro Signore PP. Pio VI.

Giuliano Parzinski e Teofane Holdaiewicz, Monaci Basiliani Ruteni.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sacrae Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 20 Augusti 1775:

Ss.mus D.nus N.r Pius D.na Providentia PP. VI, benigne permisit Oratoribus, ut durante mora in Collegio, de quo in precibus, loco Divini Officii recitare possint et valeant quotidie Officium B. M. Virginis, lingua Ruthena Moleben nuncupatum.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die et anno, quibus supra.

S. Borgia, Secr.rius.

183.

20. VIII. 1775.

Reductio oneris Missarum pro Monasterio Poczajoviensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 227 e 230v.

Udienza 20 Agosto 1775.

B.mo Padre.

Girolamo Kaletynski, dell'Ordine di S. Basilio de' Ruteni della Provincia di Polonia, Rettore del Monastero di Poczaiovia in Volinia, umilissimo Oratore di Vostra

Beatitudine, con profondissimo ossequio espone: qualmente essendo presso detto Monastero di Poczaiovia un Santuario della Madonna Santissima, principale della Provincia di Volinia, n'è provveduto dalla copiosa limosina del devoto Popolo, che ivi giornalmente concorre, alle quali, il detto Monastero, trovandosi attualmente in fabbrica, non può puntualmente soddisfare ogni giorno, per ciò il suddetto Oratore vien a supplicar l'innata clemenza della S.tà V.ra di accordargli per la special grazia che con due o tre Messe dette all'altar della Madonna Ss.ma si possa soddisfare per tutte le limosine fatte da' devoti fedeli (f. 227v) in quel tal giorno, eccettuate le feste solenni della Madonna Ss.ma, e le perpetue obbligazioni delle quali ne sono varie.

Che della grazia, etc...

(f. 230v) Alla Santità di N.ro Sig.re Papa Pio VI.

Per il Padre Girolamo Kaletynshi, Monaco Basiliano Ruteno, Rettore del Monastero di Poczaiovia..

Ex Audientia Ss.mi, habita die 20 Augusti 1775:

Ss.mus benigne annuit pro gratia, quatenus tamen non agatur de oneribus perpetuis, et exceptis Festivitatibus praecipuis in honorem B. M. Virginis dicatis.

S. Borgia, Secr.rius.

184.

10. IX. 1775.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae pro Eparchia Leopolien.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 245 e 253v.

Udienza 10 Settembre 1775.

E.mi e Rev.mi Signori.

Leone Szeptyckj, Vescovo di Leopoli, e Amministratore Apostolico della Metropolia di Kiovia,[117] Oratore umil.mo delle EE. VV., devotamente rappresenta come dalla S. Sede, per l'organo della S. Congregazione di Propaganda, è solito concedersi la facoltà di dispensare un certo numero di Bigami nella sua diocesi Metropolitica.

Quindi l'Oratore supplica l'EE. VV., perchè essendo egli l'Amministratore Ap.lico della Metropolia, a norma della Concordia stabilita con l'attuale Metropolitano di Kiovia e confermata dalla S. Sede per l'organo dell'indicata S. Congregazione, vogliano degnarsi di concedergli la suddetta facoltà di dispensare un determinato numero di Bigami nell'indicata diocesi Metropolitica.

Che della grazia, etc.

(f. 252v) Sanctissimo D.no N.ro D.no Pio PP. VI.

Ex Audientia Ss.mi 10 Septembris 1775.

Ss.mus ad 3.um benigne concessit Oratori facultatem, ad duodecim tantum casus restrictam, dispensandi super defectu bigamiae cum promovendis ad Ecclesiasticos

---

[117] Leo Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1749-1779), inde ab anno 1763 erat Coadiutor Metropoliae Kioviensis quam dein et iure successionis obtinuit (1778-1779).

Ordines pro eo solummodo Metropoliae districtu, qui sibi remanet adsignatus ad formam Concordiae initae inter ipsum, ejusque Coadjutores, et a Sacra Cong.ne de Propaganda Fide adprobatae, dummodo tamen praedictae dispensationes gratis omnino concedantur.

S. Borgia, Secr.rius.

185.

10. IX. 1775.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae pro Metropolita.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 244 e 252v.

Udienza 10 Settembre.

Beatissime Pater.

Felicianus Wolodkowicz, Archiepiscopus Kjoviensis et totius Russiae Metropolita, necnon Episcopus Wladimirien. et Bresten, S.tis Vestrae devotus Orator exsponit humiliter, quod cum ipsi ex benignitate S. Sedis concedi solebant facultates, quae pro feliciori duarum dioecesium regimine plurimum conferebant, necnon dispensandi cum bigamis, qui ad Sacros Ordines ascendere aspirant potestas indulgebatur, utrumque, tum temporis spatio expirato, tum de certo numero praefixo finivit; quapropter Orator desiderando deinceps gaudere, uti supra, gratiis Sanctae Sedis, recurrit ad S.tem V.ram supplicando quam humillime pro concessione dictarum facultatum et potestatis dispensandi cum bigamis pro numero, pensata Diocesum vastitate, proportionato.

Quam Deus, etc.

Sanctissimo D.no N.ro D.no Pio PP. VI.

Ex Audientia Ss.mi 10 Sept. 1775:

Ss.mus ad 3.um concessit Oratori facultatem ad duodecim tantum casus restrictam dispensandi super defectu Bigamiae cum promovendis ad Ecclesiasticos Ordines, pro eo solummodo Metropoliae districtu, qui sibi remanet adsignatus ad formam Concordiae initae inter ipsum, ejusque Coadjutores, et S.a Cong.ne de Prop. Fide adprobatae, dummodo tamen praedictae dispensationes gratis omnino concedantur.

S. Borgia, Secr. rius.

186.

24. IX. 1775.

Dispensatio ab impedimento aetatis ad Ordines suscipiendos.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 261 e 272v.

Udienza 24 Settembre 1775.
B.me Pater.

Basilius Wysickiewski, Ruthenus, Alumnus Collegii Pontificii Wilnensis,[118] Diocesis Bresten., humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit se ad beneficium Curatum a legitimo Patrono in supradicta Dioecesi esse praesentatum, non posse vero hic et nunc illud possidere, ob annorum impedimentum, quo prohibetur ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri; hinc provolutus ad pedes S.tis V.rae humillime supplicat secum dispensari in septem supra decem mensibus, diebus decem, quia ab hac die totidem ipsi desunt juxta Sacrorum Canonum ordinationem.

Quam gratiam, etc...

Ss.mo D.no PP. Pio VI.

Pro Basilio Wysickiewski, Rutheno, Clerico Dioec. Bresten. in Polonia.

Ex Audentia Ss.mi 24 Septembris 1775: Pro gratia, arbitrio Episcopi.

Stephi. Borg.a, Secr.rius.

187.

12. XI. 1775.

Absolutio ab irregularitate ex apostasia.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 276 e 281v.

Udienza 12 novembre 1775.
B.me Pater.

Porphyrius Skarbek Wazinski, Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum Protoarchimadrita, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro facultate sibi impertienda, absolvendi ab irregularitate Religiosum Cong.nis suae Sacerdotem, Apollinarium Horydowicz, quam contraxit ob celebrationem apud non unitos, ad quos apostataverat, et nunc sponte ad suam redivit Congregationem idque per se vel per Delegatum a se.

Quam gratiam, etc...

(f. 281v) Ss.mo D.no N.ro D.no PP. Pio VI.

Pro Porphyrio Skarbek Wazinski, Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum Protoarcimandrita.

Ex Audientia Ss.mi 12 Novembris 1775: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

---

[118] Alumnus Vilnensis. Post suppressam Societatem Jesu, cui Collegium Commissum fuit, plurimi etiam clerici saeculares admissi fuerunt; unus eorum erat noster Basilius.

188.

14. I. 1776.

Concessio indulgentiarum plenariarum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 364-365v.

Udienza 14 gennaio 1776.
B.me Pater.

Justinus Czeczkowki, Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Provinciae Lithuanae Monasterii Ladensis Rector, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, diebus festivis SS. Apostolorum Petri et Pauli, ac San. Joannis Baptae Nativitatis non exiguum devotionis causa ad ecclesiam suam Monasterialem concurrere Populum, qui, ne thesauro indulgentiarum his diebus privetur, humillime supplicat S.ti V.rae pro Indulgentia plenaria perpetua pro utroque supranominato die festo.

Quam gratiam, etc.

(f. 365v) Ss.mo D.no Nostro PP. Pio VI.

Pro Justino Czeczkowski Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum Rectore Ladensi.

Ex Audientia Ss.mi 14 Januarii 1776:

Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.ius.

189.

21. I. 1776.

Dispensatio a iuramento cuiusdam Alumni Pontificii.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 366-367v.

Udienza 21 gennaio 1776
Beatissime Pater.

Cornelius Pocatojewski, natione Polonus, Sanctitatis Vestrae devotissimus Orator, exponit humiliter, quod cum ipse consanguineorum suorum cura ad Seminarium Pontificium Wilnae in Lithuania existens missus fuit, quod pro adolescentibus Ritus Rutheni clementia S.ae Sedis institutum est, in praedicto seminario per septem et ultra annos sumptibus hujus Collegii sustentatus fuit, (et studia ad tertium theologiae annum ibidem exegit). Quia vero Regulae sive Constitutiones ejusdem Collegii requirunt ab Alumnis, ut post medium ab ingressu annum juramentum faciant, cujus formula non absimilis est illi, quae pro aliis Collegiis Pontificiis est instituta, perfecit id quod Orator post completum decimun sextum aetatis annum, obstringendo se ad Dioecesim redire, ibidemque animarum saluti curam suam impendere. Verum examinando se diligentius cum animum suum adivenit minus dispositum ad (f. 366v) amplectendum Statum Ecclesiasticum, utpote qui minimam vocationem habere se sentit, ut sacrae militiae addici queat, ideo confugit ad Sanctitatem Vestram, cujus est ligare et solvere, et supplicare quam humillime pro elargitione absolutionis a suprafato

vinculo juramenti ad effectum pacificandi animi Oratoris, quem illaqueare non vult gravibus nimium ipsi supplicanti Ordinis Sacer dotalis obbligationibus, tum quoque ad eum finem ne ab ullo super hoc molestari possit et adigi contra suam conscientiam et voluntatem ad illum statum, cui se imparem prorsus agnoscit. Superaddit supplicans quod adusque nullos, nequidem minores, suscipere voluit Ordines, et Beneficium ipsum, quo Oratori ab Ordinario suo collatum fuit, non aliquo alio quam solo defectus vocationis motivo. Quare iterum iterumque hoc beneficium absolutionis a Sanctitate Vestra quam impensissime expetit, ut ita tranquillitati (f.367) et saluti animae suae opportune provideat.

Quam Deus, etc.

(f. 367v) Sanctissimo Domino Nostro D.no Pio PP. VI.

Ex Audientia Ss.mi 14 Januarii 1776:

Attentis circumstantiis, pro gratia, facta tamen obligatione solvendi Collegio Wilnensi alimenta percepta.

Steph. Borgia, Secr.rius.

Pro Cornelio Pocatojewski.

190.

21. 1. 1776.

Dispensatio ab inpedimento ex neophytismo profluente pro Eparchia Pinscensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 368-369v.

Udienza 21 gennaio 1776.

Eminentissimi et R.mi D.ni.

In minima mea dioecesi habeo virum quendam nomine Josephum Postanski, neophitum, conversum ex Judaismo adhuc cum puer esset, sed aliunde doctrina, moribus virtutibusque ac aliis corporis et animi dotibus ita ornatum, ut eum a statu ecclesiastico, ad quem aspirat, sine piacnlo amovere non possem. Cum itaque minimae meae dioecesi hunc virum multum profuturum non dubito, supplex ad Eminentias Vestras recurro, ut instantibus EE. VV. a Sanctissimo D.no meo facultatem dispensandi cum supradicto Neophito reportare valeam. Innatae interim EE. VV. clementiae dum me oratorisque prece, pro quo intercedo, commendo, SS. eorum deosculor Purpuram ac maneo.

Eminentiarum V.rarum humillimus servus et Orator Gedeon Horbacki, Episc.us Pinsci et Tr.

Pinsci, 1775, die 20 Novembris.

(f. 368v) Ex Audientia Ss.mi 21 Januarii 1776:

Ss.mus D. N. remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, etc.

Steph. Borgia, Secr.rius.

191.

21. I. 1776.

Dispensatio a voto permanendi in quodam monasterio abbatiali.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 370-371v.

Udienza 21 Gennaio 1776.
B.me Pater.

Alexander Rucki, Ordinis S. Basilii Magni, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponít desiderium suum esse, ut se ex supradicto monasterio abbatiali, exempto a jurisdictione Archimandritae Congregationis Rutenorum, in quo professus est, et votum juxta morem et praxim elicut in eo permanendi usque ad mortem, transferre posset ad corpus Cog.nis Ruthenorum ejusdem Ordinis et regulae, utpote ad perfectiorem communitatem, quod ut licite peragere valeat supplicat S.ti V.rae pro dispensatione a voto permanendi in supradicto Monasterio.

Cum vero Orator ad praesens Varsaviae demoret, supplicat, si placuerit S.ti V.rae, remitti preces suas ad Exc.mum et R.mum D.num Nuntium Poloniae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Quam gratiam, etc....

(f. 371v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 21 Januarii 1776:

Ss.mus D. N. Pius D. Provid. PP. VI remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici, auditis prius tam Abbate Monasterii supradicti, quam Protoarchimandrita Cong.nis Ruthenorum.

Datum Romae, ex aedibus praedictae S. Cong.nis, die et anno quibus supra.

S. Borgia, Secr.rius.

192.

4. II. 1776.

Facultas celebrandi in domibus privatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 41, ff. 388-389v.

Udienza 4 febbraio *1776.*
B.me Pater.

Leo Podsoniski, Ord.is S. Basilii Magnii Ruthenorum Provinciae Polonae, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit se manere in Monasterio ad Ukrainam sito, ubi rarissimae sunt Catholicorum ecclesiae vel nonnisi privata Oratoria. Suprafatus itaque Orator humillime supplicat S.ti V.rae ut in locis ubi non sunt ecclesiae vel etiam sunt multum dissitae, possit et valeat in domibus privatis, honestis tamen, ad commodum fidelium Missam celebrare, adhibito, juxta ritum

suum, antimensio. In Oratoriis vero privatis, de licentia Ordinarii erectis, alteram dicere Missam, ex iisdem causis.

Quam gratiam, etc...

(f. 389v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Leone Podsoniski, Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum.

Ex Audientia Ss.mi 4 Februarii 1776:

Ss.mus benigne concessit gratiam duraturam usquedum Orator in Monasterio ad Ukrainam sito permanserit.

Steph. Borgia, Secr.rius.

193.

4. II. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 394-395v.

Udienza 4 febbraio 1776.

Beatissime Pater.

Michael Kolankowski, ex Dioecesi Leopoliensi, Sanctitatis V.rae Orator humillimus, intendens ad Sacros promoveri Ordines, cum id assequi haud possit, ex quo ducendo in uxorem viduam impedimento bigamiae tenetur, hinc recurrendo ad S.tem V.ram supplicat quam humillime secum, Oratore, in praedicto impedimento benigne dispensari, ut voti sui compos fieri valeat.

Quam Deus, etc.....

(f. 395v) D.no N.ro D. Pio PP. VI.

Pro Michaele Kolankowski, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia Ss.mi 4 Februarii 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibs necessariis et opportunis.

St. Borgia, Secr.rius.

194.

4. II. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae interpretativae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 396-397v.

Udienza 4 febbraio 1776.

Beatissime Pater.

Stephanus Lasecki, ex Dioecesi Leopoliensi, S.tis Vestrae Orator devotissimus exponit, quod volendo militiae Ecclesiasticae adscribi, in tali sua intentione arceri se sentit, nisi gratiam apud S.tem V.ram invenerit, quae ipsi remittat obstaculum impedimenti bigamiae interpretativae, quod contraxit copulando in matrimonium viduam; quare recurrendo ad sinum misericordiae paternae supplicat quam humil-

lime huic suae intentioni annui et in suprafato impedimento secum, Oratore, clementer dispensari.

Quam Deus, etc...

(f. 397v) Sanctissimo D.no N.ro D.no PIO PP. VI.

Pro Stephano Lasecki, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia Ss.mi 4 Februarii 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

195.

4. II. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 400-402v.

Udienza 4 febbraio 1776.

Pro memoria.

Eustachius Sietkiewicz, et Benedictus Swidenski, indigni pauperes Oratores humillime supplicant Exc.mo D.no Marchioni Antici, Ministro Plenipotentiario Serenissimi Regis et Reipublicae Poloniarum, Protectori singularissimo, quatenus mediante ejus efficacissima intercsesione possint consequi ex benignitate S.ae Sedis Ap.licae per organum S. Cong.nis de Propaganda Fide Dispensationem super suis irregularitatibus; primus nempe super bigamia interpretativa, ex quo viduam duxit, alter super reali, ex quo mortua prima uxore, cum altera pariter virgine matrimonium inivit. Sunt ambo (f. 400) Dioecesis Brestensis Ritus Rutheni Catholici. Utque facilius ac citius possent consequi optatam gratiam, simul cum supplici hoc libello humiliant testimonium suae habilitatis ad SS. Ordines.

Quam gratiam...

(f. 402) Ex audientia Ss.mi 4 Februarii 1776:

Ss.mus D.nus N.r Pius VI remisit preces Oratorum arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

St. Borgia, Secr.rius.

196.

11. II. 1776.

Confirmatio commutationis bonorum ecclesiasticorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 422-423v.

Udienza 11 febbraio 1776.

E.me ac Rev.me Domine.

Sylvester Artecky, Ord.is S. Basilii Magni Ruthenorum Provincialis per Lithuaniam, humillimus Eminentiae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio Em.tiae

V.rae et huic S. Cong.ni exponit: Monasterium suae Provinciae, nuncupatum Laurisoviense, ob gravissimas necessitates et ad vitandas continuas et dispendiosissimas lites, praevio suorum Superiorum voto et consensu, processisse cum Ill.mo Comite Chreptowicz, Procancellario Magni Ducatus Lithuaniae, ad commutationem partis villa e, Bialovce dictae, supradicti Monasterii Laurisovien. haereditariae, situatae in Palatinatu Novogroden., Dioecesi Kioviensi Ruthena Matropolitana, et feudis dictis Sizorsy, pariter haereditariis Ill.mi supranominati Procancellarii, pro terra seu praedio dicto Lyczyce, situato in eodem Palatinatu et dioecesi (f. 722v) haereditario quoque Ill.mi ejusdem Comitis Procancellarii, sed proximiore et magis commodo supradicto Monasterio, nec implicato litibus. Insuper Ill.mus Comes Chreptowicz, cedendo suprad.um praedium Lyczyce in rem et possessionem supranominati Monasterii Laurisovien. Ord. S. Basilii M., necnon commutando pro parte villae seu terrae dictae Bialovce, refundit, compensando omnia lucra cessantia et perpetuis temporibus donat supradctio Monasterio Laurisov. duo millia florenorum Polon. Suprafatus itaque Orator, considerando supraexpressam commutationem Monasterio esse proficuam, cum profundissimo obsequio supplicat E.mae V.rae et huic S. Cong.ni pro intercessione ad Ss.mum D.num N.rum, in ordine ad obtinendam confirmationem hujusmodi commutationis et beneplacitum Ap.licum.

Quam gratiam, etc...

(f. 423v) E.mo et R.mo D.no S. R. E. Cardinali Castelli, S. Cong.nis de Propaganda Fide Praefecto.

Pro Sylvestro Artecki, Ord.is S. Basilii Magni Ruthenorum Provinciali per Lithuaniam.

Ex Audientia Ss.mi 11 Februarii 1776:

Ss.mus etc., veris existentibus expositis, remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

197.

10. III. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 452-453v.

Udienza 10 marzo 1776.
B.me Pater.

Josephus Lawrowski, Ruthenus Dioecesis Polocen., humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit se praesentatum esse a legitimo Patrono ad beneficium Curatum, quod assequi nequit ob impedimentum bigamiae verae quod contraxit ducendo in uxorem viduam; humillime itaque supplicat S.ti V.rae pro dispensatione ab hac bigamia ut ad sacros Ordines possit promoveri.

Quam gratiam, etc...

(f. 443v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Josepho Lawrowski, Rutheno Dioecesis Polocen.

Ex Audentia 10 Martii 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

198.

24. III. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776; vol. 14, ff. 442-443v.

Udienza 24 marzo 1776.

Beatissime Pater.

Joannes Wierzlicki, R. G. U. ex Dioecesi Brestensi, devotus Sanctitatis V.rae Orator, adspirando ad Statum Ecclesiasticum, supplicat quam humillime pro gratia dispensationis secum Oratore in impedimento bigamiae verae, ex quo viduus in uxorem viduam sibi adjunxit.

Quam Deus etc.

(f. 453v) Ss.mo Domino Nostro Pio PP. VI.

Ex Audientia Ss.mi 24 Martii 1776: Pro gratia, arbitrio et conscientiae Ordinarii.

S. Borgia, Secr.rius.

199.

31. III. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 456-458v.

Udienza 31 marzo 1776.

Beatissime Pater.

Stephanus Jankorowschi, R. G. U. ex Dioecesi Metropolitana Kioviensi, devotissimus S.tis V.rae Orator, exponit humillime, quod intendens ad Sacros promoveri Ordines id assequi nequit, nisi a Sanctitate V.ra benigne ipsi Oratori remittatur impedimentum bigamiae verae; ideoque recurrendo ad sinum misericordiae paternae, supplicat quam impensissime hanc gratiam sibi impertiri.

Quam Deus, etc.

(f. 458v) Sanctissimo D.no N.ro D.no Pio Divina Providentia PP. VI.

Pro Stephano Jankorowski, ex Diocesi Metropolitana Kioviensi.

Ex Audientia Ss.mi 31 Martii 1776:

Pro gratia, arbitrio et conscientiae Ordinarii.

Steph. Borgia, Secr.rius.

200.

31. III. 1776.

Altare privilegiatum aliaeque facultates benedicendi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 465-466v.

Udienza 31 Marzo 1776.
Beatissimo Padre.

Mercurio Rymaszewski, Monaco Basiliano Ruteno ed Alunno del Venerabile Collegio de Propaganda Fide, [119] dovendo in breve per ordine della Sacra Congregazione partire per le Sante Missioni, umilmente implora dalla paterna Bontà della Santità Vostra:

Primo. La Grazia dell'Altare privilegiato personale.

Secondo. La facoltà di poter benedire qualche numero di Corone, Medaglie, e Crocifissi.

Terzo. La facoltà di dare l'Indulgenza Plenaria agli suoi Parenti fino al quarto grado.

Che della grazia, etc.

(f. 466v) Alla Santità di Nostro Signore Papa Pio VI.

Per Mercurio Rymaszewski, Alunno del Venerabile Collegio de Propaganda Fide.

Ex Audentia 31 Martii 1776: Pro gratia.

Steph. Borgia. Secr.rius.

201.

31. III. 1776.

Pro concessione facultatum altaris et benedicendi, etc.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 467-468v.

Udienza 31 marzo 1776.
B.mo Padre.

Innocenzo Krzyzanowski, Monaco Basiliano Ruteno, del Venerabile Collegio Urbano de Propaganda Fide Alunno,[120] dovendo in breve per ordine della S. Cong.ne ritornare alla Provincia per le Missioni, umilmente implora dalla Paterna Clemenza della S.tà Vostra:

Primo. La Grazia dell'Altare privilegiato personale.

Secondo. La facoltà di poter benedire qualche numero di Corone, Medaglie e Crocifissi.

Terzo. La facoltà di dare l'Indulgenza Plenaria agli suoi Parenti fino al quarto grado.

---

[119] Alumnus romanus. In Chronicis Collegii habetur Kymaszewski, filius Joannis et Annae Luceoriensis; admissus est die 17 aprilis 1774.

[120] Alumnus romanus, ingressus anno 1774, die 17 aprilis.

Che della grazia, etc. ...
(f. 468v) Alla Santità di Nostro Signore Pio Papa VI.
Ex Audentia 31 Martii 1776: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

Per Innocenzo Krzyzanowski, Alunno del Collegio Urbano de Propaganda Fide.

202.

5. V. 1776.

Concessio Indulgenatiarum plenariarum pro Basilianis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, 513-514v.

Udienza 5 maggio 1776.
B.me Pater.

Hierotheus Korczinski, Ord. S. Basilii Magni Congregationis Ruthenornm Procurator Generalis,[121] humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, Congregationem suam a Praedecessoribus S.tis V.rae, praeter communes Regularibus aliis gratias, bene multis plenariis perpetuis Indulgentiis esse condecoratam, in quibusdam diebus festis, in quibus cum principaliora et Ordini Basiliano peculiariora non includantur, suprafatus itaque Orator humillime supplicat S.ti V.rae pro Indulgentiis ad ecclesias Monachorum Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum et Monialium sequentibus:

Primo. In festivitatibus Tituli uniuscujusque ecclesiae et Provinciarum;

2.do. In festis Nativitatis Domini N.ri Jesu Christi, Epiphaniae, Ascensionis, Transfigurationis, ac primo die Pentecosten et SS. Trinitatis;

3.tio. In festis B.mae V . Mariae: Nativitatis, Purificationis, Assumptionis in Coelum, Immaculatae Conceptionis et Protectionis, quod festum (f. 513v) prima die Octobris celebratur et est Titulare Provinciae Poloniae, Nativitatis S. Joannis Baptistae.

4.to. In festis Exaltationis S. Crucis, SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Nicolai Myrensis, S. Antonii Abbatis, S. Athanasii, S. Josephi Sponsi B. V. Mariae, S. Stephani Protomartyris, S. Annae Matris B. M. Virginis, S. Georgii Martyris, S. Hylarionis Magni, S. Sabbae, S. Eutymii, ac S. Gregorii Nysseni.

Cum vero et Missiones in variis locis a praedictae Congregationis Patribus peragantur, et nonnisi semel lucranda Indulgentia pro asssistentibus his Missionibus ab hac S. Sede concessa sit, aliunde vero non omnes omnibus diebus illis interesse possunt, supradictus itaque Orator supplicat pro Indulgentia lucranda etiam ab iis, qui non omnibus diebus Missioni assistent, sed tantum uno vel aliquibus saltem.

---

[121] Hierotheus Korczynskyj, Procurator in Urbe (1772-1780). Alumnus romanus Collegii Graeci inde ab anno 1760. In Capitulo Generali an. 1780 electus Proto-Consultor Ordinis, et post obitum Protoarchimandritae Josephi Morgulec (1786), usque ad an. 1788 Vicarius Generalis Ordinis Basiliani. Cfr. M. Wojnar, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* Romae 1958, pag. 292-3.

Quam gratiam, etc.

(f. 514v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Hierotheo Korczinski, Ordinis S. Basilli Magni Ruthenorum Procuratore Generali.

Ex Audentia Ss.mi 5 Maji 1776: Pro gratia, juxta petita, in perpetuum.

St. Borgia, Secr.rius.

203.

12. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 532-533v.

Udienza 12 maggio 1776.

Beatissime Pater.

Joannes Laskowski, ex Dioecesi R. G. U. Leopoliensi, Sanctitatis V.rae humillimus Orator, exponit quam demississime, quod cum matrimonium cum vidua contraxerit, indeque bigamus bigamia, ut vulgo appellatur interpretativa, evaserit, ad sacerdotium, licet id summopere desiderat, promoveri non potest, nisi cum benigna S.tae Sedis Ap.licae dispensatione; quapropter recurrendo ad S.tem V.ram et sacros pedes quam reverentissime exosculando supplicat humillime intentioni suae clementer annuere, atque dispentationis beneficium a praedicto impedimento indulgere, quo solutus ad Sacros Ordines libere idem Orator valeat adscendere.

Quam Deus, etc. ...

(f. 533v) Sanctissimo D.no N.ro Domino Divina providentia PP. Pio VI.

Pro Joanne Laskowski ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audentia Ss.mi, habita die 12 Maji 1776.

Ss.mus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. VI, ad relationem mei infrascripti S. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarii, remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarli, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex aedibus ejusdem Sac. Cong.nis, die et anno praedictis.

S. Borgia, Secr.rius.

204.

12. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 534-535v.

Udienza 12 maggio 1776.

Beatissime Pater.

Josephus Lisiewicz, ex Dioecesi R. G. U. Leopoliensi, devotus S.tis V.rae Orator, duxit in uxorem viduam, cum autem desideret statui ecclesiastico adscribi, et impedimento canonico irretitus, nempe bigamiae interpretativae, id assequi nequeat;

recurrendo ad S.tem V.ram humillime supplicat secum super memorato impedimento in ordine ad suscipiendum Presbyteratum benigne dispensari.

Quam Deus, etc...

(f. 535v) Sanctissimo Domino N.ro Dom. Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Josepho Lisiewicz, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia 12 Maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia Secr.rius.

205.

12. V. 1776.

Facultas celebrandi plures Missas.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 536-537v.

Udienza 12 maggio 1776.

B.me Pater.

Adrianus Szubowicz Ordinis S. Basilii Magni, Congregationis Ruthenorum Provinciae Poloniae, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro facultate celebrandi in Oratoriis privatis, in quibus una tantum in die permittitur Missa, orator siquidem manet in Provincia ad Ukrainam, ubi rarissimae sunt publicae Ecclesiae Catholicae vel etiam longe distantes, ac saepissime ax mandato Superiorum has peragrare debet partes, quamobrem supplicat S.ti V.rae ut non obstante praecepto de una sola Missa, alteram in supradictis Oratoriis dicere valeat etiam post meridiem una hora.

Quam gratiam, etc...

Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Adriano Szubowicz, Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum Monacho Sacerdote.

Ex Audientia 12 Maji 1776: Pro gratia intra Ukrainam.

206.

12. V. 1776.

Dispensatio ad impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 538-539v.

Udienza 12 maggio 1776.

Beatissime Pater.

Theodorus Laseczko, Dioecesis R. G. U. Leopoliensis, S.tis V.rae devotus Orator, duxit in uxorem viduam. Cum autem desideret statui ecclesiastico adscribi, et impedimento canonico irretitus (nempe bigamiae interpretativae) id assequi nequeat, recurrit ad S.tem V.ram et humiliter supplicat secum super memorato impedimento in ordine ad suscipiendum Presbyteratum benigne dispensari.

Quam Deus...

(f. 539v) Sanct.mo Dom. N.ro D. Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Theodoro Laseczko, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia 12 maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

207.

19. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 544-545v.

Udienza 19 maggio 1776.

B.me Pater.

Joannes Litinski, Ritus Rutheni catholici, indignus S.tis V.rae Orator, humillime suppticat pro obtinenda dispensatione super irregularitate sua ex bigamia intepretativa, ex quo viduam duxit sibi in uxorem, contracta, qui obtenta gratia postquam promotus fuerit ad Sacros Ordines non cessabit esse memor ad Aras tanti beneficii ac continuas in incruento Sacrificio ad Deum preces effundere pro Sanctitatis Vestrae incolumitate. Quam Deus diu sospitem pro felicitate Sanctae Ecclesiae servare dignetur.

(f. 545v.) Beatissimo Patri D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Joanne Litinski, Ritus Rutheni Catholici.

Ex Audientia 19 Maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

208.

19. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 548-549v.

Udienza 19 maggio 1776.

Beatissime Pater.

Joannes Krzyzanowski, ex Dioecesi R. G. U. Leopoliensi, Sanctitatis Vestrae humillimus Orator, exponit quam demississime, quod cum matrimonium cum vidua contraxerit, indeque bigamus, bigamia ut vulgo appellatur interpretativa, evaserit, ad Sacerdotium, licet id summopere desiderat, promoveri non potest, nisi cum benigna S.tae Sedis Apostolicae dispensatione; quapropter recurrendo ad S.tem Vestram et sacros pedes quam reverentissime exosculando, supplicat humillime, intentioni suae

clementer annuere, atque dispensationis beneficium a praedicto impedimento indulgere, quo solutus ad Sacros Ordines libere idem Orator valeat ascendere.

Quam Deus, etc.

(f. 549) Sanctissimo D.no N.ro D.no Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Joanne Krzyzanowski, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia 19 Maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

209.

19. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 552-553v.

Udienza 19 Maggio 1776.

Beatissime Pater.

Alexius Kretowicz, ex Dioecesi R. G. U. Leopoliensi, S.tis V.rae devotus Orator, duxit in uxorem viduam, cum autem desideret statui ecclesiastico adscribi, et impedimento canonico irretitus, nempe bigamiae interpretativae, id assequi nequeat, recurrens ad S.tem Vestram humillime supplicat secum super memorato impedimento, in ordine ad suscipiendum Presbyteratum benigne dispensari.

Quam Deus...

(f. 553v) Ss.mo D.no N.ro D.no Div. Provid. Papae Pio VI.

Pro Alexio Kretowicz, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia 19 Maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

210.

19. V. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 556-558v.

Udienza 19 maggio 1776.

Beatissime Pater.

Basilius Zaniewicz, ex Dioecesi R. G. U. Leopoliensi, S.tis V.rae humillimus Orator, adspirans ad statum ecclesiasticum, et pio desiderio intendens numero Operariorum in vinea Domini adscribi, recurrit ad Sanc.tem Vestram cum demissa expositione, quod tam ardentis voti compos evadere nequit, nisi cum benigna secum S.tae Sedis Ap.licae

dispensatione, qua ipsi Oratori remittatur impedimentum bigamiae verae; viduus enim priore uxore manens, cum secunda matrimonio se conjunxit; unde advolando ad pedes S.tis Vestrae supplicat quam impensissime pro hac dispensationis gratia, ut ita habilis reddi queat convolandi etiam ad sacros Presbyteratus Ordines.

Quam Deus...

(f. 558v) Ss.mo D.no Nostro D.no D.na provvidentia PP. Pio VI.

Pro Basilio Zaniewicz, ex Dioecesi Leopoliensi.

Ex Audientia Ss.mi 19 Maji 1776:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

211.

26. V. 1776.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 563-564v.

Udienza 26 maggio 1776.
E.mi et Rev.mi D.ni.

Michael Jarymonowicz, laicus ritus Graeci Uniti Dioecesis Luceoriensis, Orator humillimus EE. VV., supplex exponit, quod cum actu sit in servitio Ecclesiae ac sacristiae insignis ecclesiae Collegiatae saecularis Olycensis, Dioecesis similiter Luceoriensis Ritus tamen Latini, et habeat uxorem ejusdem ritus Latini, quae nullo pacto vult mutare suum ritum, et se accomodare festis et jejuniis ac calendario ritus Graeci-Rutheni Uniti Oratoris, viri sui, evenit quod ipse Orator tum ratione servitii, quod praestare tenetur dictae Ecclesiae Collegiatae, cum etiam ex causa uxoris Ritum Latinum servantis, quasi moraliter impossibilitatur ad servandum suum ritum Ruthenum unitum, tam quoad observantiam festorum, quam jejuniorum sui ritus; quapropter supplex implorat, ut sibi concedatur mutare ritum, et amplecti ritum Latinum, ab ecclesia, cui inservit, et ab uxore sua servatum.

Cujus gratiae, etc...

(f. 564) E.mis ac Rev.mis D.nis Sancti Officii Cardinalibus Inquisitoribus Gen.libus.

Pro Michaele Jarymonowicz, Laico Ritus Graeci Uniti Dioecesis Luceoriensis.

Ex Audientia Ss.mi die 26 Maji 1776:

Ss.mus benigne annuit, juxta preces Oratoris.

S. Borgia, Secr.rius.

212.

4. VI. 1776.

Facultas substituendi Secretarium generalem Basilianorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 575-576.

Udienza 4 giugno 1776.
E.me et Rev.me D.ne.

Porphirius Skarbek Wazinski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita, humillimus Eminentiae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit: Patrem Innocentium Mszanecki, ex Provincia Lithuana, Secretarium Gen.lem adeo graviter incidisse corporis indispositionem ob aëris intemperiem et nocivam loci humiditatem, ut amplius officium Secretarii Gen.lis, sine periculo amittendae integrae sanitatis, exercere non possit. Renunciare vero, prohibentibus Constitutonibus Ordinis, huic officio sine praevio Em.tiae V.rae et hujus S.ae Cong.nis assensu non potest. Quamobrem pluries Oratori supplicavit, ut sua apud E. V. et hanc S. Cong.nem pro dispensatione secum ab officio Secretarii Gen.lis interponeret; Orator itaque supradictus, justis permotus supranominati Patris Secretarii motivis, humillime supplicat E. V. et huic S. Cong.ni (f. 575v) pro elargienda sibi facultate dispensandi ab officio cum supradicto P. Innocentio et eligendi alium in ejus locum cum solo Consultorio Provinciae Lithuanae, casu quo Consultorium Provinciae Polonae ob distantiam loci convenire non posset, aut per unum solum tantum Consultorem vel Secretarium Provinciae ad hancce concurrere vellet electiomem.

Quam gratiam, etc...

(f. 576v) E.mo et R.mo D.no S. R. E. Cardinali Castelli S. Cong.nis de Propagenda Fide Praefecto.

Pro Porphyrio Skarbek Wazinski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita.

Ex Audientia Ss.mi 9 Junii 1776.

Pro gratia, arbitrio R. P. D. Nuncii Apostolici.

Steph. Borgia, Secrer.rius.

213.

23. VI. 1776.

Concessio Altaris privilegiati.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 589-590v.

Udienza 23 giugno 1776.
B.mo Padre.

Ignatius Wolodzko, Abbas Zydicinen.[122], Ex Procurator Gen.lis Ordinis S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum, humillimus S.tis Vestrae Orator, brevi rediturus in Provinciam, humillime supplicat San.ti Vestrae pro Altari Privilegiato Personali pro defunctis quater in hebdomada et pro Altari portatili, ut occasione itinerandi in Regno Poloniae et magno Ducatu Lithuaniae, ubi passim ecclesiae sunt dissitae, etiam in capellis privatis, ubi una Missa in die festo sit celebrata, non obstantibus reservationibus aliam celebrare valeat.

---

[122] Cfr. supra, nota 105.

Quam gratiam...
(f. 590v) S.mo D.no Nostro PP. Pio VI. P. O. M.
Pro Ignatio Wolodzko, Ordinis S. Basilii M. Abbate Zydicinen.
Ex Audientia Ss.mi 23 Junii 1776: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

214.

28. VII. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 619-620v.

Udienza 28 luglio 1776.
Beatissime Pater.

Josephus Haskiewicz, ex Dioecesi R. G. U. Luceoriensi, Sanctitatis Vestrae devotus Orator, exponit humiliter, qualiter vocatione ac instinctu divino inspiratus, omne studium suum in id ponere statuit, ut militiae sacrae numero adscribi queat; verum cum prius amplexus statum matrimonialem, et copulando in uxorem viduam, exinde contraxerit impedimentum bigamiae interpretativae, ideo recurrendo nunc ad S.tem Vestram supplicat quam impensissime, secum Oratore in taliter incurso impedimento benigne dispensari, ut ita solutus, sacris valeat initiari, atque voti sui compos effici.

Quam Deus etc. ...
(f. 620) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.
Pro Josepho Haskiewicz, ex dioecesi Luceoriensi.
Ex Audientia Ss.mi 28 Julii 1776:
Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

215.

4. VIII. 1776.

Altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 629-630v.

Udienza 4 Agosto 1776.
B.me Pater.

Timotheus Sczurowski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum, Romae praesens sed brevi rediturus in Poloniam ad Apostolicum munus Sacrarum Missionum a Superioribus suis dispositus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro altari privilegiato personali quotidiano.

Quam gratiam, etc...
(f. 630v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.
Pro Timotheo Sczurowski Ordinis S. Basilii M. Ruthenorum.
Ex Audientia Ss.mi 4 Augusti 1776: Pro 3. feriis in hebdomada.

Steph. Borgia, Secr.rius.

216.

8. IX. 1776.

Indulgentia plenaria orationibus pro defunctis monachis adnexa.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 691-692v.

Udienza 8 Settembre 1776.
B.me Pater.

Hierotheus Korczinski, Ordinis S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Procurator Generalis,[123] humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, in Congregatione sua, immo in universo Ordine vigere consuetudinem recitandi Psalmum: De Profundis clamavi, — cum post triplicem sonum campanae, qui fit ante cubitum et significat ab hoc signo inchoari solitum silentium, ter itidem ad partem unam eadem campana pulsatur, Patres, Fratres ac Moniales siquidem quam plures prostrati in genua Psalmum supradictum recitant pro animabus Patrum, Fratrum et Sororum totius Ordinis Basiliani. Ad augendam itaque tam piissimam devotionem et ad reddendam eam communem, supradictus Orator humillime supplicat pro Indulgentia plenaria applicanda pro animabus supradicti Ordinis Monachorum et Monialium.

Quam gratiam, etc...

(f. 692v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Hierotheo Korczinski, Ord. S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Procuratore Gen.li.

Ex Audientia Ss.mi 8 Septembris 1776:

Centum dierum per diem et Plenaria in suffragium defunctorum semel lucranda in perpetuum.

Steph. Borgia, Secr.rius.

217.

25. IX. 1776.

Dispensatio ab obligatione manendi in propria eparchia.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 698-701v.

Udienza 25 settembre 1776.
E.mi ac Rev.mi Domini.

Stephanus Lewinski,[124] Sacerdos dioecesis Leopoliensis Ritus Graeci Uniti, Orator humillimus EE. VV., repraesentat, se a plurimis annis deputatum fuisse a sui loci Or-

---

[123] Cfr. supra, nota 121.

[124] Dein Procurator Varsaviensis Metropoliae et Episcopus Tegaeanus inde ab 17 augusti 1784; fuit primum Suffraganeus Metropolitae Josonis Smogorzevskyj, et dein an. 1788 deputatus Coadiutor Luceoriensis cum iure successionis, qua in sede dein et successit. Obiit. an. 1807. Cfr. *Hierarchia catholica,* vol. V, pag. 267; J. Pelesz, *Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche mit Rom,* vol. II, pag. 713.

dinario Leopoliensi in Procuratorem ad Aulam Regiam, et ad Sacram Nuntiaturam Varsaviensem pro sollicitandis negotiis tum sui Episcopi, tum etiam totius Dioecesis, ac insuper ex occasione suae permanentiae in Civitate Varsaviensi ab octo circiter annis fuisse assumptum ab Ill.mo et R.mo Dom. Ghiggiotti, Regio Secretario, in obsequium et adjumentum negotiorum ecclesiasticorum praecipue sui Ritus, quae a dicto Ill.mo et R.mo Secretario tractantur in sua Secretaria. Sed quoniam cum fuerit Alumnus Collegii Pontificii Leopoliensis ex fundatione Athanasii Szeptycki, Metropolitani Russiae et Episcopi Leopoliensis, obstrictus reperitur juramento permanendi in sua dioecesi, eique inserviendi, ut videre est ex adnexa copia dicti juramenti, hinc pro quiete conscientiae suae supplicat, ut dispensetur a dicta obligatione permanendi in sua dioecesi.

Quam gratiam, etc....

(f. 701v) Ex Audietia Ss.mi 25 Septembris 1776:

Ss.mus etc., me infrascripto S. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rio referente, attentis peculiaribus circumstantiis benigne annuit pro petita dispensatione ad quinquennium.

S. Borgia, Secr.rius.

218.

29. IX. 1776.

Facultas dispensandi cum bigamis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 729-730v.

Udienza 29 settembre 1776.

B.me Pater.

Athanasius Szeptycki, Episcopus Premislien., Ruthenus, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, non posse se aliter, stantibus his calamitatibus in Regno Poloniae, ecclesiis parochialibus vastissimae suae dioecesis providere, nisi manus imponat etiam bigamis praesentatis a Patronis laicis et aliunde idoneis; humillime itaque supplicat S.ti Vestrae pro facultate dispensandi cum duodecim veris bigamis.

Quam gratiam, etc....

(f. 730v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Athanasio Szeptycki, Episcopo Premisliensi.

Ex Audientia Ss.mi 29 Septembris 1776:

Ss.mus benigne annuit pro decem tantum bigamis dispensandis, attenta penuria operariorum et amplitudine dioecesis.

S. Borgia, Secr.rius.

219.

10. XI. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re.* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 748-749v.

Udienza 10 novembre 1776.
B.me Pater.

Basilius Gabowski, Ritus Rutheni Catholici Dioecesis Pinscensis, mortua prima uxore, quam virginem duxerat, postquam alteri pariter virgini nupserit, ac proinde bigamus interpretative ac ideo irregularis existit, intendens statum amplecti ecclesiasticum, supplicat humillime Sanctitati Vestrae quatenus Oratorem super praemissa irregularitate benigne dispensare dignetur.

Quam gratiam, etc...

(f. 749v) Sanctissmo D.no N.ro Pio Papae VI.

Pro Basilio Gabowski, Ritus Rutheni Catholici.

Ex Audientia Ss.mi 10 Novembris 1776:

Ss.mus benigne remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Stepih. Borga, Secr.rius.

220.

10. XI. 1776.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 750-752v.

Udienza 10 novembre 1776.
B.me Pater.

Joannes Szelestowicz, Ritus Rutheni Catholici Dioecesis Brestensis, postquam viduam duxerat ac proinde bigamus interpretative ac irregularis existit, intendens statum amplecti spiritualem supplicat humillime Sanctitati Vestrae quatenus a supradicta irregularitate eum dispensare dignetur.

Quam gratiam, etc...

(f. 752v) Sanctissimo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Joanne Szelestowicz, Ritus Rutheni Catholici Dioecesis Brestensis.

Ex Audientia Ss.mi 10 Novembris 1776:

Ss.mus benigne remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

221.

10. XI. 1776.

Dispensatio ad impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 773-774v.

Udienza 10 novembre 1776.
B.me Pater.

Michael Malachowski, Ruthenus ex Dioecesi Polocensi, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, a legitimis Patronis se esse praesentatum

ad beneficium curatum in dioecesi Polocensi; sed quia impedimento verae bigamiae ligatus ad Sacros Ordines promeveri nequit, ad innatam itaque S.tis Vestrae clementiam, recurrit et humillime supplicat pro dispensatione a supradicto impedimento bigamiae.

Quam gratiam, etc...

(f. 754v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Michaele Malachowski, Rutheno Dioeces. Polocens.

Ex Audientia Ss.mi 10 Novembris 1776:

Ss.mus benigne remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

222.

24. XI. 1776.

Altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 773-774v.

Udienza 24 novembre 1776.

B.me Pater.

Sylvester Jelowicki, Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum Sacerdos, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro altari Personali privilegiato quotidiano.

Quam gratiam, etc.

(f. 774v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Sylvestro Jelowicki, Ord. S. Basilii Magni Sacerdote Monacho.

Ex Audientia Ss.mi 24 Novembre 1776: Pro 3. feriis in hebdomada.

S. Borgia, Secr.rius.

223.

15. XII. 1776.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1775 e 1776, vol. 14, ff. 819-820v.

Udienza 15 dicembre 1776.

Beatissimo Padre.

Deima, già Avvocato Concistoriale di Leopoli, ora Consigliere del Tribunale dell'Appellazione del Governo della medesima Città, Oratore umil.mo della S. V., umilmente l'espone, come atteso il suo attuale impiego di Consigliere, ove deve anche continuamente trattare di cause ecclesiastiche, crede troppo necessario per il bene e vantaggio di tre suoi Figli, cioè Francesco d'anni tredici, Antonio d'anni undici, e Giuseppe d'anni nove il libero transito dal rito Ruteno, di cui sono presentemente,

a quello Latino per li sopraddotti motivi, tanto più che i tre predetti Figli sono nati di madre di Rito Latino.

Ne implora perciò dalla S. V. la grazia. Che...

(f. 820v) Alla Santità di N. S. Pio PP. VI.

Per Deima, Consigliere del Governo di Leopoli.

Ex Audientia Ss.mi 15 Decembris 1776:

Ss.mus benigne annuit pro petito transitu, praevio tamen consensu Episcopi Rutheni.

S. Borgia, Secr.rius.

224.

5. I. 1777.

Altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 1 e 8v.

Udienza 5 gennaio 1777.
B.me Pater.

Hermolaus Propkiewicz, Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum sacerdos, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro altari privilegiato personali quotidiano.

Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI (f. 8v)

Pro Hermolao Propkiewicz, Ord. S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum.

Ex Audientia Ss.mi 5 Januarii 1777: Pro 3 feriis in hebdomada.

S. Borgia, Secr.rius.

225.

16. II. 1777.

Licentia transferendi se ad aliud monasterium vel provinciam.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1777, vol. 15, ff. 42 e 47v.

Udienza 16 febbraio 1777.
B.me Pater.

Gaudentius Wolsowicz, Ord.is S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Provinciae Lithuanae Professus Clericus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro facultate transeundi ex Provincia Lithuana ad Provinciam Polonam aut ad Monasterium Suprasliense abbatiale sive ad quodcumque aliud Monasterium Monachorum Ord. S. Basilii Rutheni Ritus, sive in Hungaria sive in Croatia aut in Transylvania aut in quovis alio loco, ob causas S. Cong.ni de Propaganda Fide notas, praevio benevolo receptore in quocumque ex iisden locis, et pro re-

portanda hac gratia, si placuerit S. Vestrae, supradictus Orator supplicat remitti ad Ex.mum D. Nuntium cum facultatibus necessariis et opportunis.

Quam gratiam, etc....

(f. 47v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Ex Audientia Ss.mi habita die 16 Februarii 1777:

Ss.mus D.nus Noster Pius divina Prov. PP. VI, me infrascripto S. Cong.nis de Prop. Fide Secretario referente, remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Poloniae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex aedibus S. Cong.nis de Prop. Fide, die et anno praedictis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

226.

16. II. 1777.

Facultas transeundi ad aliud monasterium vel provinciam.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1777, vol. 15, ff. 43-47v.

Udienza 16 febbraio 1777.

Eminentissime et Reverendissime Domine.

Frater Gaudentius Wolsowicz, Polonus, Ordinis, S. Basilii Magni Professus, praesens in Urbe, penes osculum Sacrae Fimbriae supplex exponit, quod cum Patrem habeat Ritus Rutheni Sacerdotem et Parochum, et istum valetudine adversa detentum adeo, ut Officio suo minime vacare possit, nam oculorum luce privatus, sacra peragere haud potest, hinc aut beneficio renunciare cogitur aut adsumere aliquem Sacerdotem, qui munus hoc vice sua obeat; verum quia hactenus facultates habeat hoc beneficium ut ne quidem pro manutentione ipsius curati cum sua uxore et liberis sufficiat, proinde Orator lege naturali obligatus supplicat humillime ut ipsi licitum fiat post susceptum Presbyteratum, Patrem suum in dicto Beneficio coadjuvare quousque alius ex eodem natus, pro nunc in Seminario manens, ad eam aetatem pervenerit, qua Sacris initiatus sic Patri debitum supplementum exhibere valeret. Idem expostulat, ut si id sibi negatum fuerit, ad aliam sui Ordinis Provinciam vel Monasterium transire ei liceat, cum in sua tristem et afflictam ducere deberet vitam utpote suis Superioribus maxime exosus. Obtinuit pro hac re votum Procuratoris Generalis sui Ordinis, benevolos receptores quam primum in Patriam redierit habebit. Expostulat solummodo benignam Eminentiae V.rae facultatem. Et Deus etc...

Ad S. Congregationem de Propaganda Fide.

(altera)

Eminentissime ac Reverendissime Domine.

Gaudentius Wolsowicz Ordinis S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum ex Provincia Lithuana, Apostata, a S. Eminentiae V.rae Tribunali ad me pro obtinenda absolutione directus, eandem juxta mentem ejusdem Sacri Tribunalis obtinuit, et jam est absolutus ab apostasia, pro condonatione itaque promeritarum poenarum ad Clementiam E. V. eundem remitto. Et quoniam idem Gaudentius supranominatus clericus ob contractas inimicitias particularium in sua Provincia ad eandem redire timet, ac

eapropter Eminentiae V.rae pro facultate transferendi se ad aliam Provinciam vel Monasterium Suprasliense humiliter supplicare (f. 44v) constituit, ego quoque consulens ejus perplexae conscientiae et menti votum meum, si Em.tiae V.rae placuerit, ad obtinendam supradictam facultatem superaddo, humiliter supplico ut cum facultate hujus sacri Tribunalis licentiam habere possit benevolam quaerendi receptorem sive in Provincia Polona sive in Monasterio abbatiali Suprasliensi, Ord. S. Basilii, intra terminum ab Em.tia V.ra determinandum et cum clausula ne vagari audeat sub hoc praetextu sine dimissione R.mi Protoarchimandritae sive Generalis Ordinis (f. 45) S. Basilii Cong.nis Ruthenorum.

Quod votum cum mandatis V.rae Eminentiae obtemperans et petitioni Oratoris satisfaciens expono, pro expeditione ejusdem in Provinciam non retardanda supplico ac cum profundissimo obsequio Fimbriam S. Purpurae exosculor.

Dabam ad Aedes S. Mariae Pascui 31 Januarii 1777.

E.mi et Rev.mi D.ni humillimus et obseq.mus servus et orator.

Hierotheus Korczynski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Procurator Gen.lis.

Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Gaudentio Wolsowicz, Ord.is S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Monacho Professo Clerico Prov. Lithuanae.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 16, Februarii 1777:

Ss.mus D. Noster Pius Divina Provid. PP. VI, me infrascripto S. Cong.nis de Prop. Fide Secretario referente, remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Poloniae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex aedibus S. Cong.nis de Prop. Fide, die et anno praedictis.

S. Borgia, Secr.rius.

227.

16. II. 1777.

Concessio indulgentiae plenariae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, del 1777, vol. 15, ff. 51 e 58v.

Udienza 16 febbraio 1777.

Beatissimo Padre.

Parocho della Chiesa Zaloviense, sotto il titolo di S. Demetrio Martire, nella Diocesi Leopoliense di Rito Greco-Unito, supplica umilmente alla S.tà V.ra per l'Indulgenza plenaria perpetua per la Festa del Santo sopradetto; acciocchè maggiormente il popolo concorrente si infervidisca alla divozione, ed accresca la gloria di Dio.

Che della grazia, etc...

(f. 58v) Alla Santità di N.ro Sig.re PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 16 Februarii 1777: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

Per il Sacerdote Parocho della Chiesa di S. Demetrio di Polonia.

228.

23. II. 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 63 e 72v.

Udienza 23 febbraio 1777.

Gregorius Lewicki, Ritus Rutheni Catholici dioecesis Luceoriensis, supplicat humillime S.ti V.rae, quatenus eum dispensare dignetur super Bigamia intepretativa ex quo corruptam ab alio viro in uxorem duxit omnino ignoranter.

Pro gratia etc...

(f. 72v) Ss.mo D.no N.ro D.no PP. Pio VI.

Pro Gregorio Lewicki, ritus Rutheni Catholici dioecesis Luceoriensis.

Ex Audientia Ss.mi 23 Februarii 1777:

Ss.mus Pius PP. VI remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

229.

2. III. 1777.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 81 e 86v.

Udienza 2 marzo 1777.

Beatissime Pater.

Joannes Kaciukowski, Polonus, Dioecesis Luceoriensis, Decanatus Zalosaensis, Parochiae ecclesiae Podkamenecensis, intra osculum pedum S. V. supplicat humillime licentiam se transmutandi a ritu Graeco ad ritum Latinum, hac de causa, quod is Joannes Kaciukowski accepit sibi in conjugem neophitam ex judaismo ritus Latini, qui antea putavit eandem esse ritus cum suo, post autem contractum matrimonium perveniendo illam ad certam cognitionem hunc suum maritum esse diversi ritus, tantum accepit repulsum ad eundem suum maritum, quantum haec superest ulterius eidem explicandum, hanc esse Religionem Latinam et Graeco Unitam, licet sub diverso ritu. Hinc oriuntur intra ipsos continuae discordiae et lites, proveniunt detractiones et maledicentiae, succedet post modum (quod Deus avertat) absque consensu S.tae Matris Ecclesiae Romanae eundem Joannem intrare in ritum Latinum. Quapropter, in hoc suo calamitoso tempore, hic Joannes, nesciens quid ultra debeat facere, quod antea non fecisset ad evitandas intra se lites, facit recursum pro sua in hac re spirituali consolatione ad S. V. humillime precando, ut possit transmutari a ritu Graeco ad ritum Latinum.

Quam gratiam, etc. etc...

(f. 86v) Ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 2 Martii 1777:

Ss.mus D. N. Pius PP. VI etc. benigne annuit pro gratia, dummodo exposita sint vera, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

St. Borgia, Secr.rius.

230.

29. III. 1777.

Licentia ad obtinendam Lauream in Theologia et Philosophia.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* del 1777, vol. 15, ff. 120-121v.

Udienza 29 marzo 1777.

Eminentissimo Principe.

Li Monaci Basiliani Ruteni, Sozonte Wadynski e Inocenzo Kniezynski,[125] alunni al presente in Pontificio Collegio Greco, Oratori umilissimi dell'E.mza Vostra, devotamente espongono il desiderio di prendere il Privilegio Dottorale di Filosofia e Teologia nel Ven. Collegio Urbano di Propaganda Fide, dove li medesimi hanno fatto il corso de i studii, purchè, come sperano, sia in compiacimento di V.ra Em.za.

Che della grazia, etc.

(f. 121) A Sua Eminenza il Sig.re Card. Castelli.

Per li Alunni Greci. 29 Martii 1777: Pro gratia

Steph. Borgia, Secr.rius.

231.

11. V. 1777.

Altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 172 e 185v.

Udienza 11 maggio 1777.

Beatissime Pater.

Devotus S. V. Orator, Antonius Lukowski, Sacerdos Ritus Graeci Uniti, Decanus Camenecensis, prostratus ad plantas S. V. humillime supplicat S. V. Indulgentiam pro Altari Personali privilegiato cum liberatione animae, tribus vicibus in Septimana.

Quam gratiam, etc. etc....

(f. 185v) Sanctissimo D.no Nostro Pio Divina Providentia Papae VI.

Pro Antonio Lukowski, Sacerdote Ritus Graeci Uniti.

Ex Audientia Ss.mi 11 Maji 1777: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

---

[125] Alumni romani Coll. Graeci: Innocentius Kniezynskyj, lithuanus, nat. 25. XII. 1752; ingr. 13. IX. 1773; disc. 30. VI. 1777, laur. in theologia; Sozon Wadynskyj, ex Pololia, nat. 28. XI. 1750, ingr. 29. XI. 1774, disc. 22. V. 1777, laureatus in theologia.

232.

11. V. 1777.

Altare privilegiatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 173 e 184v.

Udienza 11 maggio 1777.

Beatissime Pater.

Devotus Orator S. V. Merkury Czambulowski, Sacerdos Ritus Graeci Uniti, prostratus ad plantas S. V. humiliter supplicat Indulgentiam pro Altari privilegiato cum liberatione tribus vicibus in septimana animae de Purgatorio, ad ecclesiam suam parochialem Sutkovencensem Dioecesis Camenecensis.

Quam gratiam etc. etc...

(f. 184v) Sanctissimo D.no Nostro Pio Divina Providentia Papae VI.

Ex Audientia Ss.mi 11 Maji 1777: Pro gratia.

Steph. Borgia, Secr.rius.

233.

25. V. 1777.

Facultates variae benedicendi coronas, numismata etc.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 207 e 216v.

Udienza 25 maggio 1777.

Ill.me et Rev.me D.ne.

Soson Wadynski, Ord.is S. Basilii Magni sacerdos, cum profundissimo obsequio supplicat Ill.mae et R.mae D.ni V.rae tum pro facultate benedicendi sacra numismata, Cruces, coronas etc. cum etiam pro facultate impertiendi benedictionem in articulo mortis quibus eum assistere continget ac pro altari personaliter in qualibet hebdomada.

Quam gratiam. etc....

(f. 216v) Ill.mo et Rev.mo D.no Borgia, Secretario de Prop. Fide.

Pro Sosonte Wadynski, Monacho Ord. S. Basilii M. Rutheno sacerdote.

Ex Audentia Ss.mi 25 Maji 1777:

Facultas benedicendi mille coronas et impertiendi benedictionem in articulo mortis absque communione. Altare privilegiatum pro tribus feriis in qualibet hebdomada.

S. Borgia, Secr. rius.

234.

22. VI. 1777.

Dispensatio a recitatione Breviarii.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 243 e 248v.

Udienza 22 giugno 1777.
Beatisssime Pater.

Lucidus Jendreiewski el Lucas Sulzinski,[126] Ord.is S. Basilii M. Monachi Rutheni, alumni in Collegio Graecorum, clerici professi, humil.mi S.ti V.rae Oratores, cum profundissimo obsequio supplicant pro dispensatione a recitatione Officii Divini, quod cum juxta ritum Graecum longissimum sit Oratoribus redittur gravissimum cum studio theologico et aliis Collegii occupationibus, et quoniam brevi ordinandi sunt Diaconi supplicant S.ti V.rae ut etiam suscepto hoc Ordine liberi esse possent a supradicta saltem totali Officii Divini recitatione, sed per aliquam partem sive etiam per aliquos psalmos eidem ex gratia S.tis V.rae satisfacere valeant.

Quam gratiam, etc....

(f. 248v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Lucido Jendrejewski et Luca Sulzinski, Monachis professis Ruthenis, alumnis Collegii Graeci.

Ex Audientia Ss.mi habita die 22 Junii 1777:

Ss.mus D.nus N.r Pius div. prov. PP. VI, ad relationem mei infrascripti Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secretarii, introscriptis Oratoribus benigne indulsit, ut durante tempore eorum convictus in Collegio Graecorum Urbis, dispensentur a recitatione Divini Officii, commutans iisdem hoc onus in aliud recitandi quotidie exapsalmos solos; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus praed.tae S. Cong.nis, die 28 Junii 1777.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

235.

22. VI. 1777.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1777, vol. 15, ff. 244-247v.

Udienza 22 giugno 1777.
Beatissime Pater.

Onuphrius Lykiewicz, sacerdos, Magister S. Theologiae et Prior Conventus Leopoliensis Ordinis Praedicatorum, devotus Orator, praesens in Urbe, humillime supplicat quatenus Gregorio Kciurzinski, Laico, ad amplectendum statum religiosum in suo Praedicatorum Ordine jam quidem aspiranti, transitum ad hunc unicum effectum a suo originali ritu Rutheno Unito ad Latinum permittere dignetur, ut rite et legitime valeat, et possit suam sequi vocationem sibi divinitus inspiratam, vel maxime quia stantibus praesentibus circumstantiis rarissimae sint ad statum religio-

---

[126] Lucidus Jendrzejewski, Osmianen. ingr. 23. VI. 1777, laur. in phil. et theologia; de alio non inveni notitias biographicas.

sum amplectendum vocationes ex Latino Ritu, cum non parvo observantiae Regularis discrimine.

Quam gratiam...

(f. 247v) Ex Audientia Ss.mi 22 Junii 1777:

Ss.mus etc. benigne annuit pro gratia petiti transitus ad ritum latinum ad effectum amplectendi habitum regularem in Ordine PP. Praedicatorum, et non aliter.

S. Borgia, Secr.rius.

236.

6. VII. 1777.

Facultates pro Eparchia Luceoriensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 259 e 272v.

Udienza 6 luglio 1777.

B.me Pater.

Cyprianus Stecki,[127] electus Episcopus Luceoriensis Ritus Rutheni, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro facultatibus necessariis ad regendam suam Dioecesim.

Quam gratiam etc...

(f. 272v) S.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Cypriano Stecki, E.po Luceoriensi Rutheno.

Ex Audientia Ss.mi 6 Julii 1777: Ss.mus annuit.

St. Borgia, Secr.rius.

237.

13. VII. 1777.

Reductio Missarum monasterii Leopoliensis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, fol. 440.

Udienza 13 luglio 1777.

Ex Audietntia Ss.mi, habita die 13 Julii 1777.

Cum Monasterium Leopolien. S. Georgi Martyris Monachorum Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum pluribus Missarum oneribus jam gravatum sit, illius Monachi vi piarum fundationum ad celebrationem plurium Missarum atque officiorum pro defunctis, necnon Acathistorum seu Officiorum ad S. Nicolaum Mirensem identidem adigantur; cumque R. P. Anthimus Ligeziewicz, praedicti Monasterii Superior, Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI humillime supplicaverit, ut praefata Missarum atque officiorum onera aliquo pacto reducere atque minuere dignaretur, Sanctitas Sua, referente me

---

[127] Cyprianus Steckyj Episcopus Luceoriensis (1777-1792?). Non satis constat mihi de obitu huius Episcopi, qui anno 1784 Michaëlem Stadnicki, et anno 1787 Stephanum Levinskyj in Coadiutorem cum futura successione obtinuit. Annus a J. Pelesz datus non videtur accipi posse (cfr. vol. II, pag. 713).

infrascripto Sac. Congr. de Prop. Fide Secr.rio, re mature perpensa, praedictarum Missarum onera taliter reduxit, ut Missae lectae ad rationem duorum florenorum Polonorum, seu pro rata fructuum, cantatae vero pariter ad rationem florenorum sex pro rata fructuum fundorum sive penes Monasterium adhuc exstantium, sive quocumque modo alienatorum vel deperditorum, ac si in potestate ejusdem Monasterii etiam nunc existerent, in posterum celebrentur. Quantum ad officia magna defunctorum attinet, Sanctitas Sua illa reduxit, prout de Missis cantatis dictum est. A recitatione vero Officii S. Nicolai Myrensis Monachos dispensatos esse voluit in singulis feriis quintis per annum, dummodo tamen ipsum semel in una feria quinta cujuslibet mensis non praetermittant.

Datum etc...

238.

27. VII. 1777.

Licentia vendendi bona ecclesiastica.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 427 e 433.

Udienza 27 luglio 1777.

Eminentissime et R.me D.ne.

Porphyrius Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii Magni Cog.nis Ruthenorum Protoarchimandrita, humillimus Emin.iae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio Em.tiae V.rae et huic S. Cong.ni exponit, quod monasteria Congregationis suae, stantibus his in Regno Poloniae calamitatibus, in deplorando versentur statu, non solum, quia sunt nimis onerata contributionibus ad publicum aerarium exsolvendis, a quibus antea libera et exempta fuere, sed etiam quia per malevolos et simul potentes, fundis rebusque mobilibus et immobilibus quasi indubitanter praevidentur spolianda; plurima siquidem ex iisdem Monasteriis, jam in variis Tribunalibus, cum evidentissimo periculo succumbendi, dispendiosissimas sustinent lites, et plurima alia non inani timore anguntur (f. 427v) amittendi etiam ecclesiasticam supellectilem, ob praetextuosam Reipublicae indigentiam. Quamobrem supradictus O.r humillime supplicat Em.tiae V.rae et huic S. Cong.ni pro beneplacito Apostolico seu pro facultate sibi concedenda, ut nimirum cum suo Consultorio generali confugientibus ad sese Monasteriorum superioribus licentiam dare possit et valeat vendendi et commutandi, semper tamen in melius, fundos Monasteriorum ac res mobiles sive etiam immobiles, idque ad quinque saltem annos duratura.

Quam gratiam, etc...

(f. 433v) E.mo et R.mo D. S.R.E. Cardinali Castelli, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecto.

Pro Prophyrio Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita.

Ex Audientia Ss.mi 27 Julii 1777:

Ss.mus petitam facultatem concessit Nuntio Ap.lico pro tempore calamitatis existentis.

S. Borgia, Secr.rius.

239.

27. *VII. 1777.*

Facultas dispensandi cum bigamis pro Metropolita Kioviensi.

APF. *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 434 e 444v.

Udienza 27 luglio 1777.
Beatissime Pater.

Felicianus Wolodkowicz, Archiepiscopus Kioviensis et totius Russiae Metropolita, devotus S.tis V.rae Orator, exponit humiliter, quod cum ipsi ex benignitate S. Sedis Ap.licae concedi solebant facultates, quae suarum Dioecesum necessitatibus et commodo plurimum conferebant, necnon dispensandi cum bigamis, qui ad Sacros Ordines adscendere adspirant, potestas indulgebatur, utrumque tum temporis spatio expirato, tum decerpto numero praefixo finivit. Quapropter desiderando Orator gaudere deinceps prout supra gratiis, recurrit ad S.tem V.ram supplicando quam impensissime pro concessione dictarum facultatum, cum indulto (si ita placuerit S.ti V.rae) communicandi has, cui id permittere expedire judicaverit Orator.

Quam Deus...

(f. 444v) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Feliciano Wolodkowicz, Metropolita totius Russiae.

Ex Audientia Ss.mi 27 julii 1777: Ss.mus annuit.

S. Borgia, Secr.rius.

240.

10. VIII. 1777.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 411 e 426v.

B.me Pater.

Onuphrius Dombrowski, nobilis Polonus, ex urtroque Parente in ritu Latino natus, cum per errorem Communionem Ss.mi in ritu Graeco Unitorum sub utraque specie sumpsisset, exsitimavit se debere in eodem ritu Graeco manere. Quare humillime supplicat S.ti Vestrae ut benigne dignetur concedere eidem facultatem transeundi ad ritum Latinum, tum ratione latinae familiae ex integro, tum ratione domus ipsius in posterum constituendae.

Quam gratiam, etc...

(f. 416v) Sanctissimo D.no Nostro Pio PP. VI.

Pro Onuphrio Dombrowski, Nobili Polono.

Ex Audientia Ss.mi 10 Augusti 1777:

Ss.mus etc. veris existentibus expositis, benigne annuit pro gratia, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

S. Borgia, Secr.rius.

241.

10. VIII. 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dall'anno 1777, vol. 15, ff. 413 e 424v.

Udienza 10 agosto 1777.
B.me Pater.

Basilius Martinowicz, ritus Rutheni Catholici, dioecesis Kioviensis, cum summopere percupiat ad SS. Ordines promoveri, supplicat humillime S.ti V.rae, quatenus dispensationem ei elargiri dignetur super bigamia interpretativa, ut impedimento hocce sublato pia sua vota explere possit.

Quam gratiam, etc...

(f. 424v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Basilio Martinowicz, ritus Rutheni Catholici, Dioecesis Kioviensis.

Ex Audientia Ss.mi 10 Augusti 1777:

Ss.mus remisit preces arbitrio et conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

242.

31. VIII. 1777.

Altaris portatilis privilegium.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 385 e 394v.

Udienza 31 agosto 1777.
B.me Pater.

Theophilus Serafinowicz, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Sacerdos, humillimus S.tis V. Orator, cum profundissimo obsequio exponit: se ob negotia sui Monasterii et alias causas legitimas, saepissime per Lithuaniam et Poloniam debere iter peragere in quo, et propter ecclesiarum raritatem et distantiam, necnon aeris magnam frigiditatem, non modo diebus ferialibus, verum etiam ab Ecclesia praeceptis festivitatibus Missae sacrificio privatur, quia aut nullo modo illud celebrare, aut cum difficultate potest. Humillime igitur Orator supplicat S.ti V.rae pro altari portatili, seu ut adhibito juxta ritum suum antimensio in privatis domibus et oratoriis Missam dicere valeat et possit, non tantum suae populique devotionis causa, verumtamen etiam ad adimpletionem praecepti Ecclesiae, non obstante praecepto de non dicenda altera Missa in oratoriis.

Quam gratiam, etc. (f. 349v)

Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Theophilo Seraphinowicz, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Sacerdote.

Ex Audientia Ss.mi 31 Augusti 1777:

Ss.mus ex speciali gratia benigne annuit juxta petita.

S. Borgia, Secr.rius.

243.

7. IX. 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1777, vol. 17, ff. 360 e 365v.

Udienza 7 settembre 1777.
Beatissime Pater.

Nicolaus Bielawski, ritus Rutheni Catholici Dioecesis Leopoliensis, sub nexu bigamiae interpretativae ex eo, quod viduam duxerit, atque hoc non obstante intendens promoveri ad sacros ordines, prout aliunde capax, supplicat S.ti V.rae pro dispensatione.

Quam gratiam, etc...

(f. 385v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Nicolao Bielawski ritus Rutheni Catholici Dioecesis Leopoliensis.

Ex Audientia Ss.mi 7 Septembris 1777:

Ss.mus etc. remisit preces arbitrio Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

244.

16. XI. 1777.

De accepta fundatione in favorem Basilianorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1777, vol. 15, ff. 323 e 335v.

Udienza 16 novembre 1777.
E.me et R.me D.ne.

Porphyrius Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Protoarchimandrita, hu.mus Eminentiae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, Illustrissimum Comitem de Tenczyn Ossolinski, Palatinum Podlachiae, in feudis suis haereditariis, scilicet Civitate Turzyst in Palatinatu Voliniae, Districtu vero et Dioecesi Vlodimirien., intendere Patres sui Ordinis fundare penes ecclesiam Parochialem in eadem civitate sitam, ad eandem alias duas exiguas nimis et ibidem existentes unire Parochias. Quam suam piam intentionem ad effectum deducere cupiens Loci Ordinarium Wlodimiriensem convenit et ab eodem consensum obtinuit; salvo semper beneplacito Apostolico quoad unienda beneficia et sine praejudicio modernorum Parochorum.

Orator itaque ut praedictam (f. 323v) fundationem valide acceptare possit, recurrit ad E. V. et ad hanc S. Cong.nem, ut mediante protectione Em. V. et hujus S. Cong.nis apostolicum beneplacitum quoad acceptandam hanc fundationem a Sancta Sede Apostolica obtinere possit, salvis omnibus salvandis.

Quam gratiam, etc...

(f. 335v) E.mo et R.mo D.no S. R. E. Cardinali Castelli, S. Cong.nis de Propaganda Fide Praefecto.

Pro Porphyrio Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Protoarchimadrita.

Ex Audientia SS.mi 16 novembris 1777:

Ss.mus D.N. Pius div. prov. PP. VI, quatenus verificentur exposita per R. P. D. Archiepiscopum Chalcedon., Ap.licum in Polonia Nuntium, et salva deinceps remaneant actualium Parochorum jura, benigne annuit pro gratia petitae fundationis, sive unionis, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

245.

16. XI. 1777.

Dispensatio ab impedimento affinitatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 327 e 331v.

Udienza 16 novembre 1777.
B.me Pater.

Andreas de Jatviengi et Catharina de Choltovice, conjuges ritus Rutheni dioecesis Leopolien., humillimi S.tis V.rae Oratores, cum profundissimo obsequio exponunt, quod ipsi jam a tribus annis matrimonium bona fide et minime conscii de affinitate iniverunt, prolem procrearunt. Nunc vero cum in cognitionem devenerunt se esse affines in secundo et tertio gradu, prostrati ad pedes S.tis V.rae humillime supplicant pro dispensatione in praedictis gradibus, ut in contracto matrimonio valide deinceps convivere valeant et pro legitimatione prolis jam susceptae; supplicant denique pro dispensatione gratuita, siquidem sunt nimis pauperes et ex manuum labore vivunt.

(f. 331v) S.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Andrea et Catharina Ruthenis Dioec. Leopol.

Ex Audientia Ss.mi D. N. Pii PP. VI, habita per me infr.um S. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 16. Nov. 1777: Ss.mus benigne remisit preces arbitrio R. P. D. Episcopi Leopoliensis, cum facultate dispensandi super introscripto secundi et tertii affinitatis gradus impedimento, ac matrimonium (renovato prius consensu) in radice sanandi et revalidandi Prolemque susceptam et suscipiendam legitimam decernendi necnon quominus putatitii conjuges post dicti impedimenti scientiam se a carnali copula non abstinuerint, eosdem ab incestu et censuris absolvendi, ac cum omnibus aliis facultatibus ad id necessariis et opportunis.

Steph. Borgia, Secr.rius.

246.

16. XI. 1777.

Dispensatio ab impedimento consanguineitatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 328.

Udienza 16 novembre 1777.
B.me Pater.

Joannes Kristalowicz, Dioecesis Luceoriensis Ritus Rutheni Catholici, ducta in uxorem Theophila Strieniewiczowna, promotus existit ad Sacros Ordines et usque ad Presbyteratum inclusive, ignarus omnino impedimenti quarti gradus consanguineitatis; nunc detecto eodem impedimento, implorat clementiam Sanctitatis Vestrae, quatenus gratiose cum ipso dispensare dignetur, omnique meliori modo statui ejusdem infelici providere.

Quam gratiam...

Ex Audientia Ss.mi 16 Novembris 1777:

Ss.mus etc. Pius PP. VI remisit preces arbitrio Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Steph. Borgia, Secr.rius.

247.

16. XI. 1777.

Facultas dispensandi cum bigamis in Eparchia Luceoriensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 342 e 346v.

Udienze 16 novembre 1777.
B.me Pater.

Cyprianus Stecki, Episcopus Luceoriensis Ruthenus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit: sese in his circumstantis reperiri ut ob defectum idonearum Personarum ecclesiis suis aliter providere non possit, nisi etiam bigamos alias legitime praesentatos et aliunde capaces admitat; quamobrem ad clementiam S.tis V.rae recurrit pro facultate dispensandi cum iisdem et pro extensione eiusdem saltem ad quinquennium, cum ob loci distantiam difficilis sit recursus et necessitas saepenumero non patiatur moram.

Quam gratiam etc...

(f. 346v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Cypriano Stecki, Episcopo Luceoriensi Rutheno.

Ex Audientia Ss.mi diei 16 Novembris 1777:

Ss.mus benigne adnuit pro decem casibus.

Steph. Borgia, Secr.rius.

248.

23. XI 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 312 e 315v.

Udienza 23 novembre 1777.
E.mi e R.mi Sig.ri.

Michele Sawicki, Cattolico di Rito Greco Ruteno della diocesi di Leopoli, desidera di promuoversi al Sacerdozio, per aver campo di operare nella Vigna del Signore, la quale per penuria de' Sacerdoti riceve poca coltura. Ad un sì pio desiderio non può l'Oratore soddisfare, se non viene dispensato dalla S. Sede Apostolica dall'impedimento canonico di *vera Bigamia*, al quale trovasi soggetto. Supplica pertanto la benignità dell'EE. VV. a volersi degnare di accordargli la desiderata dispensa, per cui s'interessa lo stesso Ordinario che nell'attestato annesso all'antecedente supplica di Giovanni Koslowski assicura l'EE. VV. delli buoni costumi, e dell'idoneità dell'Oratore.

Che etc...

(f. 315v) Alla Sagra Congregazione de Propaganda Fide.

Per Michele Sawicki, di Rito Greco Ruteno.

Ex Audentia Ss.mi 23 Novembris 1777:

Ss.mus remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

249.

23. XI. 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 310 e 315v.

Udienze 23 novembre 1777.
E.mi e R.mi Sig.ri.

Giovanni Koslowscki, cattolico di rito Greco Ruteno della diocesi di Leopoli, desidera di promuoversi al Sacerdozio, per aver campo di operare nella Vigna del Signore, la quale per la penuria de' Sacerdoti riceve poca coltura. Ad un sì pio desiderio non può l'Oratore soddisfare se non viene dispensato dalla S. Sede Apostolica dall'impedimento canonico di *vera Bigamia* al quale trovasi soggetto. Supplica pertanto la benignità dell'E. V. a volersi degnare di accordargli la desiderata dispensa, per cui s'interessa lo stesso Ordinario, che nell'attestato annesso assicura l'EE. VV. delli buoni costumi, e dell'idoneità dell'Oratore.

Che della grazia...

(f. 315v) Alla Sacra Congregazione de Propaganda Fide.

Per Giovanni Koslowscki, di Rito Greco Ruteno.

Ex Audentia Ss.mi 23 Novembris 1777:

Ss.mus etc. remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

250.

7. XII. 1777.

Indulgentiae plenariae pro festo Protectionis B. V. M. et S. Antonii.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 306 e 321r.

Udienza 7 dicembre 1777.
B.me Pater.

Rector Ecclesiae parochialis Crestovien., Dioecesis Polocensis sub titulo B. Mariae Virginis, Ruthenus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua, pro prima die Octobris quo apud Ruthenos celebratur festum Protectionis B. Mariae Virginis et pro festo S. Antonii de Padova, cujus imago in supradicta Ecclesia miraculis est clara; supplicat quoque ut gratis dicta Indulgentia expediatur per rescriptum, quia Orator degens sub Moschovitis nimis extenuatus est et pauper.

Quam gratiam, etc...

(f. 320v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Rectore Ecclesiae Parochialis Chrestovien., Dioeces. Polocen., Rutheno.

Ex Audientia SS.mi 7 Decembris 1777:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

St. Borgia, Secr.rius.

251.

7. XII. 1777.

Indulgentia plenaria pro festo S. Nicolai.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 306 e 321v.

Udienza 7 dicembre 1777.
B.me Pater.

Rector Ecclesiae Parochialis Druiscensis Dioecesis Polocensis sub titulo S. Nicolai Miren., Ruthenus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua pro festo S. Nicolai quod bis in anno celebratur juxta ritum Ruthenum, sexta scilicet Decembris, et nona Maji. Orator sub Moschovitarum imperio degit et est pauper, propterea per rescriptum simplex supradictam gratiam obtinere desiderat.

(f. 321v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Rectore Ecclesiae Parochialis Druiscen. Dioec. Polocen. Ruthenorum.

Ex Audientia Ss.mi, 7 Decembris 1777:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia. Serc.rius.

252.

14. XII. 1777.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 294-301v.

Udienza 14 dicembre 1777.
B.me Pater.

Stanislaus Szumowski, Polonus, Ritus Graeci Uniti dioecesis Brestensis, ad Sacros Pedes provolutus S. V. devote supplicat pro dispensatione in irregularitate ex bigamia interpretativa contracta; hoc est ex matrimonio cum vidua in facie Ecclesiae rite celebrato, qualiter ad suscipiendos Ordines jure Graeco Ruthenorum legitime promoveri possit ac valeat.

Et Deus...

(f. 301v) Ss.mo D.no N.ro Pio VI. P. O. M.

Pro Stanislao Szumowski, Polono.

Ex Audientia Ss.mi 14 Decembris 1777:

Arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

253.

22. XII. 1777.

Reductio Missarum perpetuarum in monasterio Leopoliensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 277-286v.

Udienza 22 dicembre 1777.
B.me Pater.

Bonifacius Krownicki, Ord.is S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Monasterii Leopoliensis S. Onuphrii Provinciae Polonae Superior, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit Monasterium supradictum S. Onuphrii, quod stantibus praesentibus circumstantiis nimis depauperatum est, oneribus Missarum perpetuarum supramodum esse gravatum.

A summa siquidem fundationali, quae non excedit mille ducentum scuta romana, obligatur supradictum Monasterium quotidie Missam cantare, et quatuor anniversaria pro defunctis in anno. Praeterea etsi adeo magnum gravamen sentit, census integros jam a multis annis non percipit deminutos a septem ad quinque pro cento. (f. 277v) Prostratus itaque ad pedes S.tis V.rae orator supradictus humillime supplicat pro diminutione harum perpetuarum obligationum, scilicet ad cantandam tantum qualibet die dominica Missam, secus enim nulla tenus satisfacere iisdem poterit, quia non solum, ut supra dictum est, censum diminutum difficillime percipit, sed etiam varias novas contributiones persolvere obligatur a Gubernio Augustissimae Domus Austriae, sub cujus Dominio ad praesens est.

Quam gratiam, etc...

(f. 286) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Bonifacio Krownicki, Ord. S. Basilii M. Monasterii Leopolien. S. Onuphrii Superiore.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 21 Decembris 1777:

Ss.mus benigne indulsit, ut firmo remanente onere quatuor Aniversariorum, reliquae Missae, quae quotidie cantantur, ad rationem florenorum Polonorum sex, pro rata fructuum, qui percipiuntur ex fundibus aut censibus sive penes Monasterium adhuc exstantibus, sive quocumque modo alienatis vel diminutis, ac si in potestate ejusdem Monasterii etiam nunc plene existerent, in posterum celebrentur.

Datum ex Aedibus prae.ae S. Cong.nis die 20 Januarii 1778.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

254.

14. XII. 1777.

Dispensatio ab obligatione manendi in propria Eparchia.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1777, vol. 15, ff. 293 e 302v.

Udienza 14 dicembre 1777.

Beatissime Pater.

Basilius Bachrynowski, Alumnus Collegii Vilnensis,[128] humillimus S.tis V.rae Orator exponit: qualiter ex dicto Collegio Pontificio dimissus velit Sacris Ordinibus initiari, memor obligationis suae, quam manendo in praedicto alumnatu contraxit, obstringendo se etiam juramento pro eodem Collegio praescripto. Quia vero fuerat missus ex Provincia Ukrainae, ad quam et redire vi sui juramenti deberet, modo autem restare desideret intra M. Ducatum Lithuaniae (quae tamen ambo loca constituunt eamdem Dioecesim, nempe Metropolitanam Kioviensem), hinc recurrendo ad S.tem V.ram supplicat quam impensissime, ut intra fines Ducatus Lithuaniae remanere posset; ex quo in illa parte et Clerus multum indigere videatur personis litteris perpolitis, et ex alio capite domus suae ratio idem vehementer postulat, quod uxorem duxerit in illis Lithuaniae oris, ex quibus haec nullatenus abire vult in Ukrainam, uti partem longinquam nimis a suis parentibus.

Quam Deus...

(f. 302v) Ss.mo D.no N.ro D.no Prov. Div. PP. VI.

Pro Basilio Bachrynowski, Alumno Collegii Pontificii Vilnensis.

Ex Audientia Ss.mi 14. Decembris 1777:

Ss.mus D. N. Pius etc. remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Varsaviensis, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

---

[128] Alumnus Vilnensis, ut videtur, e clero saeculari. De eius vita nihil invenire potuimus Romae.

255.

18. I. 1778.

Pro concessione indulgentiae plenariae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 3 e 10v.

Udienza 18 gennaio 1778.
Beatissime Pater.

Capella publica sita in loco dicto Swietawoda, Dioecesis Metropolitanae Kioviensis Ritus Rutheni Catholici, devota Sanctitatis V.rae Oratrix, exponit qualiter die Beatissimae Virginis Mariae Dolorosae sacrato in magna quantitate Christi fideles ad eandem concurrere soleant, unde pro augenda fidelium devotione, supplicat pro gratia Indulgentiae Plenariae perpetuae, pro nuper expressa festivitate Beatissimae V. Mariae Dolorosae.

Quam Deus, etc...

(f. 10v) Sanctissimo D.no N.ro D.no D.na Providentia PP. Pio VI.

Pro Capella publica in loco Swietawoda sita, dioecesis Metropolitanae Kioviensis.

Ex Audientia Ss.mi 18 Januarii 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

256.

18. I. 1778.

Indulgentia plenaria in festo Assumptionis B. V. M.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 4 e 9v.

Udienza 18 genn. 1778.
Beatissime Pater.

Ecclesia Parochialis Topilscensis, Dioecesis Metropolitanae Kioviensis Ritus Rutheni Catholici, devota S.tis V.rae Oratrix, recurrendo ad sinum Paternum gratiarum, supplicat quam humillime pro concessione Indulgentiae Plenariae in perpetuum, lucrandae a Christifidelibus die festo Assumptionis B. V. Mariae, qui, praemissis praemittendis, pro dicto die ad eandem ecclesiam intervenerint.

Quam Deus, etc...

(f. 9v) Santissimo D.no N.ro Div. Prov. PP. Pio VI.

Pro Ecclesia Parochiali Topilscensi, Dioecesis Metropolitanae Kioviensis.

Ex Audientia Ss.mi 18 Januarii 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

257.

2. II. 1778.

Indulgentia pro festo Consanguineorum S. Basilii.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 21 e 35v.

Udienza 2 febbraio 1778.
B.me Pater.

Porphyrius Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, quod adhuc de anno 1773 ex benignitate hujus S.tae Sedis et immediati Antecessoris S.tis V.rae obtinuit, ut ad morem alterius Cong.nis Ord. Basiliani per Italiam et Hispaniarum Regnum extensae, sua quoque Congregatio Ruthenorum celebraret solemniter die 30 Maji festum Consanguineorum S. Patris Basilii Magni, cum Indulgentia Plenaria perpetua; sed cum usque hodie nondum officium proprium pro tali festo sit perfectum, humillime supplicat S.ti V.rae pro gratia ut donec tale officium perfectum fuerit juxta ritum Ruthenum, de communi confessorum recitare et decantare valeant sui Ordinis alumni.

Quam gratiam, etc....

(f. 35v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Porphyrio Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Protoarchimandrita.

Ex Audientia Ss.mi 2 februarii 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

Steph. Borgia, Secr.rius.

258.

15. II. 1778.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 38 e 49v.

Udienza 15 febbraio 1778.
B.me Pater.

Leo Stetkiewicz, Parochus Nastacensis, Archidioecesis Metropolitanae Kioviensis Ritus Rutheni Catholici, exponit humillime Sanctitati Vestrae, quod ipse ob adulteria suae uxoris, per inquisitiones deducta et probata, mediante decreto Consistorii Administratorialis Metropolitani Kioviensis declaratus existit contraxisse poenam juris, seu irregularitatem ex bigamia; proindeque supplicat eidem Sanctitati Vestrae pro benigna dispensatione.

Quam gratiam, etc...

(f. 49v) Ss.mo et B.mo in X.to Patri et D.no Nostro PP. Pio VI.

Pro Leone Stetkiewicz, Parocho Nastacensi, Ritus Rutheni.

Ex Audientia Ss.mi 15 februarii 1778:

Ss.mus D. N. Pius PP. VI remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Varsaviae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia Secr.rius.

259.

25. II. 1778.

Indulgentia pro die festo Beati Josaphat.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 41 e 46v.

Udienza 25 febbraio 1778.
B.me Pater.

Cyprianus Stecki, Episcopus Ruthenus Luceoriensis et Ostrogien., humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequo supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua per omnes Dioecesis suae ecclesias in die festo B. Josaphat, Archie.pi Polocen et pro S. Unione martyris ac Regni patroni; sic enim et erga Sanctum Populi devotio augebitur et Unionis S.ae accrescet promotio.

Quam gratiam, etc...

(f. 46v) S.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Cypriano Stecki, Ep.po Luceoriensi Rutheno.

Vid. Audientiam Ss.mi 25 Februarii 1778.

S. Borgia Secr.rius.

260.

8. III. 1778.

Indulgentia pro die festo Annuntiationis B. V. M.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 54 e 68v.

Udienza 8 marzo 1778.
B.me Pater.

Parochus Ruthenus loci Dobrostow, Dioecesis Premysliensis, ecclesiae tituli Annuntiationis B. V. Mariae, hu.mus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua pro supradicto festo Annuntiationis B. V. Mariae.

Quam gratiam, etc...

(f. 68v) S.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Parocho Rutheno loci Dobrostow, Dioecesis Premysliensis.

Ex Audientia Ss.mi 8 Martii 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto, separatim expedito.

S. Borgia, S.rius.

261.

8. III. 1778.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 56 e 66v.

Udienza 8 marzo 1778.
Beatissime Pater.

Devotus Alexander Imszennik, Ritus Rutheni Catholici, ducta vidua in uxorem, desiderat promoveri ad Sacros Ordines, ideoque supplicat Sanctitati Vestrae pro dispensatione super ejusmodi bigamia interpretativa.

Quam gratiam, etc...

(f. 66v) Ss.mo D.no N.ro Papae Pio VI.

Pro Devoto Alexandro Imszennik, Ritus Rutheni Catholici, Dioecesis Wladimiriensis.

Ex Audientia Ss.mi 8 Martii 1778:

Ss.mus remisit instantiam Oratoris arbitrio R. P. D. Ordinarii Ritus Graeci, cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

262.

8. III. 1778.

Indulgentia pro die festo Praesentationis B. V. M.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 58 e 64v.

Udienza 8 Marzo 1778.
B.me Pater.

Parochus Ruthenus Dioecesis Premysliensis loci Blozew, ecclesiae tituli Protectionis B. Virginis Mariae, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua ad supradictam suam Ecclesiam pro festo Praesentationis B. V. Mariae.

Quam gratiam, etc...

(f. 64v) Ss.mo D.no. N.ro PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 8 Martii 1778:

Pro gratia, ut in particulari Rescripto, separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

263.

15. III. 1778.

Dispensatio a recitatione Breviarii.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 59 e 63v.

Udienza 15 marzo 1778.

Beatissimo Padre.

Giovanni Crisos. Skoryna, di Polozko, in Moscovia, Alunno del Venerabil Collegio Urbano de Propaganda Fide,[129] implora umilmente la Paterna Clemenza della Santità Vostra, che essendo l'offiziatura greca affatto insoportabile fuor del Coro, sparsa in diversi volumi, ed indeterminato quel che si ha da dire privatamente, gli conceda la grazia che possa essere sicuro in coscienza dicendo quel tanto che li Vescovo ordinante giudicherà potersi dire della medesima.

Che della grazia, etc...

(f. 63v) Alla Santità di Nostro Signore PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 15 Martii 1778:

Pro gratia juxta modum adnotatum in folio separato.

S. Borgia, Secr.rius.

264.

15. III. 1778.

Facultates variae pro Metropolita Kioviensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 60 e 62v.

Udienza 15 marzo 1778.

Al Metropolitano di Russia[130] sono state concesse ad 5.m le facoltà ordinarie della formola 3, per quel distretto solamente assegnatogli in vigore di concordia stabilita tra esso, e suoi coadjutori.

Inoltre la facoltà straordinaria di dispensare dall'irregolarità, proveniente dalla bigamia, con 24 suoi Diocesani, promossi, o da promuoversi agli Ordini Sagri.

(f. 62v) Ex Audentia SS.mi diei 15 Martii 1778:

Ss.mus annuit pro concessione facultatum favore R. P. D. Leonis Szeptycki, moderni totius Russiae Metropolitae.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

265

15. III. 1778.

Indulgentia lucranda ad exuvias B. Josaphat.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol .16, ff. 69 e 83v.

---

[129] Alumnus romanus, missus a Jasone Smogorzevskyj ex eparchia Polocensi, filius Andreae et Dorotheae, ingr. 15. VIII. 1775.

[130] Leo Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis (1749-1779), et etiam Coadiutor Metropoliae ab anno 1763. Obiit iam anno 1779.

Udienza 15 marzo 1778.

B.me Pater.

Theophilus Serafinowicz, Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum Monasterii Bialensis Superior, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit in ecclesia Monasterii Bialensis, Dioecesis Brestensis, decumbere exuvias B. Josaphat Ep.pi et Martyris ob easque fraequentissimum Populum devotionis causa ad supradictam concurrere ecclesiam, ut testatur authenticum Curiae Ep.palis testimonium, quod in separato folio S.ti V.rae humiliatur, Orator itaque humillime supplicat S.ti V.rae pro Indulgentia plenaria perpetua quotidiana lucranda a concurrente Populo quotidie.

Quam gratiam, etc...

Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Teophilo Seraphinowicz, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Monasteri Bialen. Superiore.

Vid. rescriptum separatim expeditum sub audientia Ss.mi 15 Martii 1778.

266.

22. III. 1778.

Altare privilegiatum aliaeque facultates.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 72 e 81v.

Udienza 22 marzo 1778.

B.me Pater.

Glicerius Dubicki, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum, humillimus S.tis V.rae Orator, sum profundissimo obsequio supplicat pro altari privilegiato personali quotidiano; et pro facultate benedicendi cruces, imagines, coronas, numismata cum applicatione indulgentiarum in articulo mortis lucrandarum a fidelibus.

Quam gratiam, etc...

(f. 81v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Glicerio Dubicki, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum.

Ex Audientia Ss.mi 22 Martii 1778:

Facultas benedicendi ter mille coronas etc. cum solitis Indulgentiis.

S. Borgia, Secr.rius.

267.

29. III. 1778.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 100 e 115v.

Udienza 29 marzo 1778.

B.me Pater.

Petrus Opuckievicz, Commedatarius Bystrzycensis, Dioecesis Metropolitanae Kioviensis Ritus Rutheni Catholici, ex eo quod sua uxor commiserit adulterium, seu adulteria

declaratus existit pro Irregulari et Bigamo. Quare nunc supplicat Sanctitati Vestrae, quatenus cum eodem benigne dispensare dignetur super commissa irregularitate.

Quam etc...

(f. 115v) Sanctissimo D.no N.ro Papae Pio VI.

Pro Petro Opuckievicz, Diocesis Metropolitanae Kioviensis Ritus Rutheni Catholici.

Ex Audientia Ss.mi 29 Martii 1778:

Ss.mus remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

268.

29. III. 1778.

Altare privilegiatum aliaeque facultates.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 106 e 109v.

Udienza 26 marzo 1778.

B.me Pater.

Joannes Kulikowski, Curatus Vlodzimirzecensis, Dioecesis Luceoriensis Sacerdos, humillimis S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro altari personali privilegiato et pro facultate benedicendi sacra numismata, cruces et coronas cum applicatione Indulgentiarum in articulo mortis lucrandarum.

Quam gratiam, etc...

(f. 109v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Joanne Kulikowski, Sacerdote Dioecesis Luceoriensis, Curato Vlodzimirzecen.

Ex Audientia Ss.mi 29 martii 1778:

Duobus infrascriptis Altare privilegiatum personale pro tribus feriis in qualibet hebdomada, necnon facultas benedicendi mille coronas etc. cum solitis indulgentiis.

S. Borgia, Secr.rius.

269.

5. IV. 1778.

Altare privilegiatum aliaeque facultates.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 107 e 108v.

Udienza 5 aprile 1778.

B.mo Padre.

Giovanni Crisostomo Skoryna, Russo, ed Alunno del Ven. Collegio de Propaganda Fide, dovendo fra breve partire per le Missioni, umilmente supplica Vostra Santità delle grazie seguenti:

Primo. Dell'Altare privilegiato personale 3 volte la settimana.

Secondo. La facoltà di poter dare l'Indulgenza plenaria agli suoi parenti fino al 4° grado 2 volte l'anno ed in articulo mortis.

Terzo. Di poter lucrare l'Indulgenza plenaria nelle Feste di Nostro Signore e della B. Vergine, dicendo la Santa Messa.

Quarto. Che tutti gli astanti ad una delle sue Messe possano lucrar l'Indulgenza plenaria.

Quinto. Di dar benedizione in articulo mortis a quelli, ai quali assisterà nella sua Missione.

Sesto. Di poter leggere e ritenere i libri proibiti.

(f. 108v) Alla Santità di Nostro Signore Papa Pio Sesto.

Per Giovanni Crisostomo Skoryna, Russo ed Alunno di Propaganda.

Ex Audientia Ss.mi 5 aprilis 1778:

Altare privilegiatum personale pro tribus feriis in qualibet hebdomada.

Facultas impertiendi benedictionem in articulo mortis cum Indulgentia plenaria juxta folium editum, etc. absque communione.

Facultas benedicendi sex mille coronas cum solitis Indulgentiis.

Indulgentia plenaria pro Oratore, ejusque consangiineis affinibusque usque ad 4 gradum inclusive, lucranda bis in anno quoadusque vixerint, et in articulo mortis, quatenus confiteri et Extremo Viatico refici nequeant, etc.

Facultas retinendi et legendi libros prohibitos cum solitis restrictionibus.

Vide etiam particulare rescriptum separatim expeditum sub Audientia praedicta.

S. Borgia, Secr.rius.

270.

3. V. 1778.

Indulgentia pro primo die Dominico cuiusque mensis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 148 e 153v.

Udienza 3 maggio 1778.

B.me Pater.

Rector Ecclesiae Parochialis Ruthenae loci Dudicen, tituli Protectionis B.mae Virginis Mariae, Dioec. Kiovien., humillime supplicat S.ti V.rae pro Indulgentia Plenaria lucranda quolibet die Dominico primo mensis a Populo concurrente ad gratiosam Imaginem B.mae Virginis Mariae.

(f. 153v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 3 Martii 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

271.

3. V. 1778.

De confirmatione Apostolica emphyteusis in favorem Stephani Levinskyj.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re.* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 149-152v.

Udienza 3 maggio 1778.
E.mi e R.mi Sig.ri.

Stefano Lewinski,[131] Cancelliere della Cattedrale di Wladimiria di rito Ruteno Oratore umil.mo dell'EE. VV., devotamente rappresenta come dall'odierno Vescovo di Wladimiria, col consenso del Pieno Capitolo, è stato a lui conceduto in enfiteusi da durare per lo spazio di 20 anni il villaggio di Drohiniczki, situato nella Volinia, e spettante alla sua Mensa Vescovile, e cioè per le ragioni, e con quelle condizioni, che risultano dal seguente diploma di concessione in enfiteusi, in data dei 19 gennaio 1777.

Adamus Antoninus Mlodowski [132] Dei et Sedis Ap.licae gratia Ep.pus Brestens. Lithuaniae, Coadjutor cum successione, et Ap.licus Gen.lis Administrator E.patus Wladimiriensis, Abbas Supraslensis, Ordinis S. Stanislai Eques.

Universis et singulis etc. significamus praesentibus litteris, quia Nos probatam habentes Perillustris R.mi Stephani Lewinski ecclesiarum Cathedralium Leopoliens. Archidiaconi, Wladimiriens. Cancellarii promptitudinem laudabilium, ac fidelium obsequiorum, nedum Nobis et N.rae Dioecesi Wladimiriensi verum et aliis Hierarchiae Ruthenae in hoc Regno existen. (f. 149v) praestitorum, qui applicatus existens actu regio Conclavi pro Negotiis Ecclesiasticis, et correspondentia romana, in iisdem negotiis obvenientibus, singularem in dies sollertiam, ac diligentem applicationem studuit, et studet monstrare, non minus quoque erga S. Sedem devotiosissimam venerationem studiose, et singulariter fovet. Volentes itaque monstrare qua gratitudine animi utilia merita, et studium ejusmodi virorum suscipimus, cupientesque eumdem Perill.rem D.num Lewinski ad ulteriora in utilitatem Ecclesiae Dei, Hierarchiae, et commodum nostrum allicere obsequia, ac etiam eidem de aliquo subventionis auxilio providere, uti in loco publico, ubi semper Conventus generales statuum Regni pro perpetrandis negotiis Status peraguntur, commoranti, ut decenter, et commode statum suum sustentare valeat, ipsi villam Drohiniczki nuncupatam, in Volhinia sitam, ad mensam E.palem Wladimiriensem, quae ad praesens Nobis, uti Coadjutori cum futura successione, et Administratori obvenit, spectan., non adeo fructiferam, jure emphiteutico dandam, et conferendam esse duximus (f. 150v), uti quidem de consensu V. Capituli Nostri Wladimirien. memorato Perill.ri Stephano Lewinski in praemium praestitorum Nobis, Dioecesi, et Hierarchiae nostrae obsequiorum, et sublevamen aliquod ex causa residentiae ejus circa Curiam Regiam necessariae, damus, concedimus, et conferimus praesenti Privilegio nostro ac decursu viginti annorum, computando a die datae praesentium, cum omnibus ejusdem Villae Drohinieczki aedificiis, agris, pratis, campis, sylvis, nemoribus, subditis, tam in eadem villa degentibus, quam profugis et ubivis locorum reperibilibus, ac eorum laboribus, censibus, redditibus, emolumentis, attinentiis, et pertinentiis generaliter universis, ita late, longe, et circumferentialiter, prout eadem Villa ab antiquo in suismetipsis et limi-

---

[131] Cfr. supra, nota 124.

[132] Episcopus Volodimiriensis nunquam devenit, ut videtur, quia locus successioni non fuit datus ob mortem praematuram; Coadiutor ab anno 1763. Titulum obtinebat Eparchiae Berestensis, quae Volodimiriensi ad invicem unita fuit.

tibus distincta, et dislimitata exsistit. Quia tamen sylva inter praedictam Villam Drohinieczki, et Mensae nostrae E.palis Bozanka, ac Biskupiczki vocitatis situata, non est exdivisa, sed pro usu harum Villarum communis exsistit, proinde eandem sylvam etiam in futurum pro commoditate dictarum Villarum communem, et indistinctam, sine desolatione tamen per (f. 150v) emphyteutam esse volumus. Vigore cujus privilegii liberum erit praefato Perill.ri D. Lewinski Emphiteutae eandem Villam Drohinieczki dictam cum omni usufructu, et omnibus illius juribus tenere, habere, possidere, alteri cuipiam jure arredantario ad triennium obligare, eumdemque, si sibi bene visum, ac proficuum, atque alte dictae villae non damnosum fuerit, ad alterum, et ulterius triennium approbare, et juxta suum beneplacitum, absque alio nostro consensu, sic tamen, et non aliter, disponere. Obligamus tamen praefatum Perill.em Lewinski, ut ipse curet rem oeconomicam diligenter tractare, granities dictae villae defendere, inventarium aedificiorum, ac rei oeconomicae per nos traditum, omniaque juxta illud conservare, necnon submissionem emittere, quod in causis dictae Villae Jurisdictioni nostrae, et successorum nostrorum Episcoporum Wladimiriensium in omnibus parere, et Judicatum omne pati debeat. Ratione ususfructus, et in recognitionem directi Dominii nostri, et successorum nostrorum, in vim canonis pro quolibet Festo Assumptionis (f. 151) B.mae Virignis Mariae florenos Polonicales quinquaginta currentis in regno monetae pro necessitatibus ecclesiae Cathedralis Wladimiriensis ad manus P. Procuratoris Capitularis, et alios similes florenos polonicales quinquaginta ad mensam nostram E.palem quolibet anno solvere adstrictus, et obligatus sit, necnon oneribus Fundi, tam thesauro Reipublicae assignatis, quam alias eandem Villam quomodocumque afficientibus, proportionaliter cum aliis bonis mensae nostrae E.palis satisfacere omnino teneatur, ab aliis vero dationibus, et oneribus omnibus nobis praestandis eundem liberum esse pronuntiamus. Promittimus autem pro nobis et Ill.mis successoribus nostris E.pis Wladimiriensibus, quod praefatum Emphyteutam nostrum ab usu, et pacifica possessione praefatae Villae non amovebimus, neque Ipsi amovebunt, usque ad tempus superius expressum, finito autem tempore, ut supra praefixo, eadem Villa ad Nos, successoresque nostros devolvetur, cum omni re oeconomica in Inventario, ut supra indicato, descripta, quod Inventarium ad praesens Privilegium, et vicissim (f. 151v) privilegium ad Inventarium in omnibus punctis, clausulis, et paragraphis referri debet, salva nihilominus approbatione praesentis privilegii a quo de Jure. In quorum fidem etc. Dabantur in residentia Nostra Biskupicensi, die 19 Junii 1777.

A. Mlodowski, Ep.pus Bresten., Coadjutor Wladimirien.

E siccome nella concessione suddetta vi è stata espressamente riservata l'approvazione Ap.lica, quindi l'Oratore suddetto umilmente supplica l'EE. VV. a volersi degnare di approvarla coll'opportuno loro Beneplacito.

Che della grazia, etc...

(f. 152v) Alla Sag. Congregazione di Propaganda Fide.

Per Stefano Lewinski, Cancelliere della Cattedrale di Wladimiria di rito Rutheno.

Ex Audentia Ss.mi habita die 3 Maji 1778:

Ss.ms D.nus N.r Pius PP. VI remisit preces arbitrio R. P. D. Archie.pi Chalcedonen., Ap.lici Varsaviae Nuntii, cum facultatibus necessariis et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Prop. Fide, hac die 9 Maii 1778.
Stephanus Borgia, Secr.rius.

272.

31. V. 1778.

De confirmatione vocalitatis pro monasterio Ostrogiensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 194 e 201v.

Udienza 31 V 1778.
E.me et R.me Domine.

Josephus Morgulec,[133] Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Provincialis Provinciae Polonae, humillimus Eminentiae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit: quod Patres congregati in ultimo Capitulo Provinciali, attenta tenuitate Monasterii Hoscensis existimarunt, vocalitatem ab hoc Monasterio ad aliud transferre Monasterium commodius, Oratorique injunxerunt ut pro hac facultate E. V. et huic S. Cong.ni supplicaret, nominaruntque Monasterium Ostrogiense, recenter a Ser.ma Republica Poloniae Provinciae Polonae cum scholis saecularibus donatum; humillime itaque Orator supplicat E. V. et huic S. Cong.ni pro supradicta facultate concedenda R.do Protoarchimandritae et eius Consultorio, ad transferendam vocalitatem a monasterio Hoscensi ad Monasterium Ostrogiense.

Quam gratiam, etc...

(f. 201v) E.mo D.no Cardinali Castelli S. Cong.nis de Propaganda Fide Praefecto.

Pro Josepho Morgulec Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum Provinciae Polonae Provinciali.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sanc. Cong.nis de Prop. Fide Secr.rium, die 31 Maji 1778:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI remisit preces arbitrio R. P. D. Archie.pi Chalcedonen., Nuntii Ap.lici in Regno Poloniae, cum facultatibus necessaris et opportunis, audito P. Protoarchimandrita, et ejus Consultorio.

Datum Romae, ex Aedibus praef. S. Cong.nis die 6 Juni 1778.
Stephauus Borgia, Secr.rius.

273.

7. VI. 1778.

Indulgentia pro festo die Epiphaniae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 197 e 198v.

---

[133] Dein Protoarchimandrita (1780-1786), electus in Capitulo Torokanensi an. 1780. Cfr. de eius biographia M. Wojnar, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 291.

Udienza 7 giugno 1778.
B.me Pater.

Hierotheus Korczinski, Ord. S. Basilii Magni Cong.nis Ruthenorum Procurator Generalis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, in ecclesiis principalioribus ac parochialibus Monachorum S. Basilii Magni Ruthenorum cum solemni ritu perfici benedictionem aquae tam intra ecclesias quam extra easdem super flumina die Epiphaniae Domini, ad quam cum numerosissimus concurrat populus devotionis causa, Orator humillime supplicat S.ti V.rae, pro consolatione ita concurrentis Populi, pro Indulgentia lucranda ab omnibus qui assistunt supradictae benedictioni aquae, sive intra sive extra Ecclesias perficiendae.

Quam gratiam, etc...

(f. 198v) S.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Hierotheo Korczinski, Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum P.re Gen.li.

Vide Aud. Ss.mi 7 Junii 1778.

S. Borgia, Sec.rius.

274.

14. VI. 1778.

Facultas gestandi fictum capillitium.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 212 e 219v.

Udienza 14 giugno 1778.
B.me Pater.

Martinianus Widzinski, Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum Sacerdos, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit se gravissimum sustinere capitis dolorem ob incommoda frigoris et canitiem enormem; humillime itaque supplicat S.ti V.rae ut tam intra quam extra Missae sacrificium ficto capillitio uti possit et valeat.

Quam gratiam....

(f. 219v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Martiniano Widzinski Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Sacerdote.

Ex Audientia Ss.mi habita de 14 Junii 1778:

Ss.mus benigne annuit pro gratia, prout in particulari rescripto diei 20 Junii separatim expedito.

S. Borgia, Sec.rius.

275.

14. VI. 1778.

Licentia recitandi Officium Divinum breviatum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 214 e 217v.

Udienza 14 giugno 1778.

B.me Pater.

Joachimus Horbacki, Ord. Sancti Basilii Magni Cog.nis Ruthenorum, Abbas Coadjutor Lesczinen., humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, se ex speciali gratia S.tis V.rae in assumenda coadjutoria praedicta dispensatum fuisse ad transeundum a ritu Latino, quem profitebatur in supradicto Ordine utpote a latino E.po ordinatus, ad ritum Ruthenum seu Graecum, in quo cum Divinum Officium sit nimis longum et Orator aliunde linguae Ruthenae non adeo capax sit, supplicat humilime S.ti V.rae pro moderando officio Rutheno juxta normam quae in separato folio S.ti V.rae humiliatur, quoties extra Chorum ipsum contingat recitare.

Quam gratiam, etc.

(f. 215) Modus reducendi Officium Ruthenum.

Nocturnum ex legitima necessitate hoc modo potest abbreviari, ut nimirum, praemisso solito initio, solus Psalmus 50 recitetur, et praetermisso Psalmo « Beati Immaculati » adjungatur Symbolum Nycaenum et reliqua quae post Symbolum sequuntur usque ad finem, mutatis etiam tropariis juxta exigentiam festorum et rubricas pro iisdem festis.

Matutinum vero potest inchoari, praetermissis duobus psalmis initialibus, ab exapsalmis seu a versiculis « Gloria in excelsis, etc. » et « Domine mea labia » et statim a Psalmo 3, quem alii quinque sequuntur quibus finitis recitabitur « Deus Dominus » cum suis versiculis ac tropariis juxta ordinem dierum et festorum, et post haec statim ps. 50; post Psalm. « Magnificat anima mea », tum laudes seu Psalmi 148, 149 et 150, post hos « Gloria in excelsis » integrum, post « Gloria in excelsis » oratio brevis « Bonum est » cum tropario diei seu Sancti et sic terminatibur Matutinum.

(f. 215v) Horae vero omnes, quoniam constant tribus psalmis et aliis orationibus, in singulis itaque poterunt duo Psalmi posteriores praetermitti et primus tantum in omnibus recitari, cum reliquis quae psalmum sequuntur.

Vesperae, praemisso solito initio, poterunt continere solum Psalmum 103 et post irinica alios quatuor, qui sequuntur, scilicet 140, 141, 129 et 116. Post Psalm. « Nunc dimittis servum tuum » cum tropario Sancti et reliquis.

Completorium solitum parvum, sine canone, etiam in quadragesima.

Sabbato vero, quoniam nocturnum est diversum a quotidiano, in eo recitabitur ut supra dixi Psalm. 50, reliqui vero Psalmi praetermittentur, sed statim post Psalm. 50 recitabitur Symbolum Nycaenum et reliqua.

Die vero Dominico, in nocturno, post Psalm. 50 praetermittetur canon et statim recitabuntur troparia, quae incipiunt « Dignum est laudare te Sanctissima Trinitas », cum reliquis quae sequuntur.

In matutino vero diei Dominicae adjungendum est (f. 216) Evangelium, ante Psalm. 50, juxta ordinem praescriptum, sive etiam commune, quod exstat in breviario.

Per totam vero hebdomadam Paschae, usque ad dominicam in Albis inclusive, quoniam officium est breve, recitabitur officium ut est in breviario.

Ss.mo D.no N.ro PP. Pio. VI.

Pro Joachimo Horbacki, Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum Coadjutore Lesczinen.

Ex Audientia Ss.mi habita die 14 Junii 1778:

Ss.mus benigne annuit pro gratia, prout in particulari rescripto diei 20 Junii separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

276.

21. VI. 1778.

Licentia transeundi ad Ritum Latinum.

APF, *Udienze diN.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 235 e 244v.

Udienza 21 giugno 1778.
B.me Pater.

Daniel Kruczkowski, Dioecesis Premysliensis Ritus Graeci Uniti, supplicat Sanctitati Vestrae facultatem transeundi ad Ritum Latinum, et deinde Sacris Ordinibus initiari ad Ritum Latinum possit, quam facultatem non facile se sperat obtenturum a suo loci Ordinario.

Quam gratiam, etc...

(f. 244) Sanctissimo D.no N.ro Pio VI. Pontifici Maximo.

Pro Daniele Kruczkowski, Saeculari ritus Graeci Uniti.

Ex Audientia Ss.mi 22 Junii 1778:

Ss.mus etc. Pius VI remisit preces arbitrio R. P. D. Nuntii Ap.lici Varsaviae, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

277.

21. VI. 1778.

Indulgentia pro qualibet prima Dominica cuiusque mensis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1778, vol. 16, ff. 237 e 243v.

Udienza 21 giugno 1778.
B.me Pater.

Praepositus Ecclesiae Parochialis loci Grodziski, Dioecesis Brestensis, sub titulo Sancti Michaelis Archangeli, Ritus Rutheni Uniti, provolutus ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter supplicat pro Indulgentia perpetua pro qualibet prima Dominica cujusvis mensis; qua de gratia, etc.

(f. 242v) Ss.mo D.no Nostro PP. Pio VI.

Ex Audentia Ss.mi 21 Junii 1778:

Pro gratia Indulgentiae plenariae in una ex primis Dominicis diebus, ab Ordinario semel tantum designanda, in reliquis vero 7 annorum ac totidem quadragenarum, ut latius in particulari rescripto separatim expedito.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

278.

21. VI. 1778.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 236 e 243v.

Udienza 21 giugno 1778.
B.me Pater.

Paulus Luszczewski, ex Dioecesi Wladimiriensi, Ritus Rutheni Catholici, Bigamus interpretativus, ex quo viduam in uxorem duxit, cupiens ad Sacros Ordines promoveri, supplicat Sanctitati Vestrae pro necessaria dispensatione.

Quam gratiam, etc.

(f. 243v) Sanctissimo D.no N.ro Papae Pio VI.

Pro Paulo Luszczewski, ex Dioecesi Wladimiriensi Ritus Rutheni Catholici.

Ex Audientia 21 Junii 1778:

Ss.mus etc. Pius VI remisit preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

279.

22. VI. 1778.

Indulgentia pro die festo Transfigurationis Domini.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re.* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 239-240v.

Udienza 22 giugno 1778.
B.mo Padre.

La Chiesa Parrocchiale Molotowien. di Rito Greco Ruteno della Diocesi di Leopoli con tutto il maggior ossequio supplica la S.tà Vostra per l'Indulgenza Plenaria Perpetua nel giorno della Trasfigurazione di N.ro Sig.re, festa titolare della medesima Chiesa Oratrice. Che etc....

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Pii PP. VI. habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Propag. Fide Secretarium, die 22 Junii 1777:

Ss.mus Dominus Noster omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, et Sacra Communione refecti visitaverint Ecclesiam Parochialem Molotowien ritus Rutheni Uniti sub titulo Transfigurationis D.ni N.ri Jesu Christi Leopolien. Dioecesis in die ejusdem Festivitatis, nempe a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi (f. 239v) ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint pro Infidelium ac Haereticorum conversione, Christianorum Principum concordia, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, Plenariam Indulgentiam, applicabilem quoque per modum suffragii animabus in Purgatorio detentis, perpetuis futuris temporibus misericorditer in Domino concedit, atque impertitur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Cong.nis de Propaganda Fide, die 23 Junii 1778.

280.

12. VII. 1778.

Dispensiato ab impedimento ex recepto Ordine sacro apud schismaticos.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 269 e 274v.

Udienza 12 luglio 1778.
B.me Pater.

Porphyrius Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro facultate dispensandi cum Monacho Provinciae Lithuanae sui Ordinis, Anatolio Komarzynski, in irregularitate, quam contraxit per susceptionem Ordinis Sacri Diaconatus apud Schismaticos, modo vero in supradicta Provincia probationis annum explevit et aliunde est capax aliorum Sacrorum Ordinum. Hinc Orator humillime supplicat ut cum eo dispensare possit, atque sic, non obstante supradicto impedimento, ad alios Sacros Ordines promovere eum possit et valeat.

Quam gratiam, etc....

(f. 274v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Porphyrio Skarbek Vazinski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Protoarchimandrita.

Ex Audientia SS.mi 12 Julii 1778:

Ss.mus etc. Pius VI benigne annuit pro gratia petitae dispensationis, contrariis non obstantibus.

S. Borgia, Secr.rius.

281.

13. VII. 1778.

Reductio onerum Missarum pro monasterio Leopoliensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 284-287v.

Udienza 13 luglio 1778.
B.me Pater.

Anthimus Ligeziewicz Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Monasterii Leopolien. S. Georgii Martyris Superior, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit: Monasterium Leopolien., immediate citatum, esse adeo perpetuis Missarum et aliorum officiorum obligationibus gravatum, ut stantibus his Regni calamitatibus et publicis impositionibus, a quibus omnes Ecclesiastici antea exempti fuerant, nullo modo satisfacere possit et valeat. Quotquot enim sunt in Polonia, et in separatis Provinciis ab eo Regno, in his novissimis temporibus Basilianorum fundationes, eae omnes adeo pauperes sunt, ut vix praefinitum numerum Monachorum temporibus etiam bonis ex illis sustentari posse omnes sciant; nunc vero, cum non solum gravissima onera publica super iisdem fundis et summis imposita sint, sed etiam census ad medium reducti, qui antea integri persolvebantur, septem scilicet pro centum, ad talem sunt redacti statum, ut quasi illis impossibile sit perpetuis ut antea

satisfacere obligationibus, et praecipue Monasterium Leopolien. S. Georgii Martyris, pro (f. 284v) quo ad solitam clementiam S.tis V.rae recurrit Orator. Nam hoc monasterium varias habet pro fundatione sui inscriptas summas, sed temporibus illis, quando septem pro centum persolvebatur, et nulla onera publica ad aerarium publicum persolvenda erant; nunc vero non solum ad medium sunt reducti census, sed etiam et hi exigui a variis non restituuntur, in Regno siquidem illa loca Montium non sunt, adeoque summae illae apud particulares magnates collocatae, ob publicam calamitatem neque recuperari possunt, neque census percipi; hinc sequitur quod Monasterium illud gravissimas in variis Tribunalibus sustinet lites, magnas facit expensas, sine ulla spe recuperandi etiam census, ut saepenumero succedit, obligationes vero etiam nunc ad praescriptum ex ratione census integri persolvit; hinc redditur impotens ad sustentandos Monachos, reparanda aedificia, aliaque perferenda onera, nisi ex benignitate S.tis V.rae infrascriptam obligationum perpetuarum reductionem obtineat, quemadmodum a Praedecessore S.tis V.rae, fel. rec. Clementis XIV jam obtinuit Monasterium (f. 287) Dobromilien., per Rescriptum sub die 29 Augusti 1773, quod in separato folio humiliatur S.ti V.rae.

Gravatum porro est supradictum Monasterium Leopolien. Missis lectis et cantatis, officiis majoribus pro defunctis, necnon « acathistis seu officiis ad S. Nicolaum quod singulis feriis quintíes per annum decantatur ad sex tantum aut quomodo S.ti V.rae placuerit reducatur ». In ritu enim Rutheno quotidianum officium est longissimum et Missa longe prolixior est latina, adeoque et magis Monasterio onerosa, vel maxime ex eo quo perpetuarum obligationum gravamen manualem eleemosynam pro Missis percipere nequeat. Istantissime itaque Orator S.ti V.rae supplicat pro gratia supradicta, quia alias impossibile ut in posterum his oneribus satisfacere possit, ob impotentiam sustentandi tot Monachos quot prius solebat sustentare, non diminutis censibus, publicam calamitatem et publica onera. Quam gratiam, etc...

(f. 285) Decretum.

Cum Monasterium Dobromiliense Monachorum Ordinis S. Basilii magni Ruthenorum pluribus Missarum oneribus jam inde gravatum sit, illiusque Monachi vi piarum fundationum ad recitationem plurium officiorum tum defunctorum tum de B. Virgine identidem adigantur, cumque R. P. Ampliatus Krzyzanowski, praedicti Monasterii superior, Ss.mo D.no N.ro Clementi PP. XIV. humillime supplicaverit, ut praefata Missarum et Officiorum onera, aliquo pacto minuere aut reducere dignaretur, S. Sua ad relationem mei infrascripti S. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarii, re mature perpensa, praedictarum Missarum onera taliter reduxit, ut Missae lectae ad rationem duorum florenorum polonorum, cantatae vero pariter ad rationem florenorum polon. sex pro rata fructuum fundorum sive penes Monasterium adhuc existentim, sive quoquo modo alienatorum vel deperditorum, ac si in potestate ejusdem Monasterii etiam nunc existerent, in posterum celebrentur. Quantum ad officia magna defunctorum attinet, S.tas Sua illa reduxit, prout de Missis cantatis, dictum est. A recitatione vero Officii B. Mariae Virginis Monachos dispensatos esse voluit in diebus dominicis, in omnibus festivitatibus de praecepto ac in quadragesimali tempore, dummodo tamen Officium Achatiston in omnibus festivitatibus solemnibus B. Mariae Virginis (f. 285v) et Moleben Sabbatis Quadragesimae non omittant.

Dutum Romae, ex aedibus dictae S. Cong.nis, die 29 Augusti 1773. Stephanus Borgia, S. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarius. — L. S. —

(f. 287v) S.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Anthimo Ligeziewicz, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Monasterii Leopolien. S. Georgii Superiore.

Ex Audientia SS mi 13 Julii 1778:

Ss.mus etc. reduxit Missas lectas ad rationem duorum florenorum Polonorum, cantatas autem ad rationem florenorum sex pro rata fructuum fundorum sive penes Monasterium adhuc exstantium, sive quocumque modo alienatorum, seu deperditorum. Quantum ad Officia Magna Sanctitas Sua illa reduxit prout de Missis cantatis dictum est. A recitatione vero Acathistorum seu Officiorum ad S. Nicolaum Monachos dispensavit, dummodo tamen semel in una feria quinta cujuslibet mensis dictum Anathisticum non praetermittatur.

S. Borgia, Secr.rius

282.

2. VIII. 1778.

Indulgentia in die festo S. Nicolai.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 330 e 337v.

Udienza 2 agosto 1778.

Beatissime Pater.

Ecclesia Parochialis Zloczoviensis tituli S.ti Nicolai Ep.pi, Dioecesis Leopolien. R. G. S. R. Ecclesiae Uniti, devota Sanc.tis Vestrae Oratrix, supplicat quamhumillime quatenus S.tas Vestra ad augendum cultum Christifidelium erga Sanctum hunc tutelarem velit benigne concedere Indulgentiam Plenariam perpetuam, ab omnibus lucrandam, qui diebus eidem S. Nicolao Ep.po sacratis, videlicet mense Majo una et altera vice in Decembri occurrentibus, servaverint ea (praemissa Sacr. Confessione) quae sunt de praescripto servanda.

Quam, etc.

(f. 337v) Sanctissimo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Ecclesia Zloczoviensi R. G. U. Dioecesis Leopolien.

Ex Audentia Ss.mi 2 Augusti 1778:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

283.

9. VIII. 1778.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 355 e 360v.

Udienza 9 agosto 1778.

Beatissime Pater.

Nicolaus Sosnowski, R. G. S. R. Ecclesiae Uniti, ex dioecesi Leopoliensi, S.tis V.rae devotus orator, exponit humiliter, quod ex animo cupiat statui spirituali, ac sacris etiam Presbyteratus Ordinibus adscribi, atque initiari; sed cum hinc obstaculo realis bigamiae arceatur, quam ex iterato per se successive matrimonio contraxit, eapropter recurrendo ad sinum Paternae clementiae, perquam enixe Sanc.ti V.rae supplicat, quatenus intentionis suae compos evadere valeat, intercedente nempe benigno ad finem hunc Dispensationis Ap.licae beneficio; ad quem effectum attestatum quoque sui Ordinarii hic adjungit.

Quam, etc...

(f. 361) Sanctissimo D.no N.ro Div. Providentia PP. Pio VI.

Pro Nicolao Sosnowski, Dioecesis Leopolien. R. G. U.

Ex Audientia SS.mi 9 Augusti 1778:

Ss.mus etc. Pius VI remisit preces arbitrio e conscientiae Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis, quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

S. Borgia, Sec.rius.

284.

6. IX. 1778.

Dispensatio ab obligatione residendi penes Protoarchimandritam.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 371-372v.

Udienza 6 settembre 1778.

Eminentissime et R.me Domine.

Hiacynthus Nesterski, Ord. S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Secretarius Gen.lis, humillimus Em.tiae V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, quod ob humiditatem loci et minus salubrem aerem, non modicum damnum sanitatis experiatur in Monasterio Torokanensi, cum vero aliunde vi constitutionum Ordinis et legum hujus S. Cong.nis teneatur ad residentiam penes R.mum Protoarchimandritam in supradicto Monasterio Torokanensi, nisi dispensationem ab hac S. Cong.ne super non residentia obtineat, humillime itaque orator, etiam ex voto R.mi Protoarchimandritae et ejus Consultorii pro supradicta dispensatione Em.tiae V.rae et huic S. Cong.ni supplicat.

Quam gratiam, etc.

(f. 372v) E.mo et R.mo D.no S. R. E. Cardinali Castelli, S. Cong.nis de Propag. Fide Praefecto.

Pro Hiacyntho Nesterski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Sec.rio Gen.li

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 6 Sept. 1778:

Ss.mus remisit instantiam D. Nuntio Ap.lico Poloniae, cum facultatibus necessariis et opportunis, audito tamen Consultorio Gen.li Ordinis.

S. Borgia, Sec.rius.

285.

15. XI. 1778.

Facultas dispensandi cum bigamis in Eparchia Luceoriensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1778, vol. 16, ff. 403 e 418v.

Udienza 15 novembre 1778.

Beatissime Pater.

Cyprianus Stecki, E.pus Luceoriensis et Ostrogiensis R. G. S. E. R. Uniti, S.tis Vestrae devotus Orator, exponit, quod cum muneri ejus incumbat, ut numerosis Ecclesiis suarum Dioecesum Parochialibus de dignis Rectoribus provideat, et quandoque accidat quod, ob defectum personarum ex praescripto Juris Canonici ad id officii aptarum bigami etiam veri (ceteris aliunde qualitatibus idonei) ad Sacros Ordines aspirent, hinc recurrendo ad S.tem Vestram d. Orator supplicat humiliter tantae necessitati Ap.lica Auctoritate provideri; quatenus scilicet idem cum bigamis veris in numero, qui S.ti Vestrae visum fuerit, ex Indulto S. Sedis remittere valeat, prout jam alias his facultatibus ex benignitate S.tis V.rae exponens gaudebat.

Quam Deus....

(f. 418v) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Episcopo Luceoriensi R. G. U.

Ex Audientia Ss.mi 15 Novembris 1778:

Ss.mus petitam facultatem confirmavit pro decem bigamis suae Dioecesis.

S. Borgia, Sec.rius.

286.

10. I. 1779.

Dispensatio cum apostatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 2 e 9v.

Udienza 10 gennaio 1779.
B.me Pater.

Josephus Morgulec, Ord. S. Basilii Magni Ruthenorum Provinciae Polonae Provincialis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, duos suae Provinciae Monachos Professos Sacerdotes apostatasse ad non Unitos, cum iisdemque in Divinis communicasse; cum vero nunc ad cor reversi poenitentes in Provinciam redierint, et veniam pro Apostasia deprecati fuissent, Orator humillime supplicat S.ti V.rae pro facultate absolvendi eosdem seu dispensandi cum iisdem ab irregularitate quam contraxerunt, et restituendi eosdem pristino sacerdotalis officii exercitio.

Quam gratiam ...

(f. 9v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Josepho Morgulec, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Provinciali Provinciae Polonae.

Ex Audientia Ss.mi 10 Januarii 1779.

Ss.mus remisit preces P. Provinciali Provinciae Polonae seu alteri ab eo delegando cum facultatibus necessariis et opportunis, imposita tamen Oratori gravi et salutari poenitentia.

S. Borgia, Secr.rius.

287.

17. I. 1779.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 14 e 19v.

Udienza 17 gennaio 1779.

Nazarius Dubiewicz, Ruthenus, Dioecesis Camenecensis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat S.ti V.rae pro dispensatione a bigamia quam contraxit ducendo in uxorem viduam, ut ad sacros Ordines promoveri possit et valeat, jam enim ad beneficium curatum legitime est praesentatus.

Quam gratiam, etc ...

(f. 19v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Notario Dubiewicz, Rutheno, Dioecesis Camenecensis.

Ex Audientia Ss.mi 17 Januarii 1779:

Ss.mus etc. Pius VI. remisit preces arbitrio Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

288.

21. II. 1779.

Facultas consecrandi Chrisma in Cappella.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17. ff. 48 e 51v.

Udienza 21 febbraio 1779.
B.me Pater.

Basilius Bosiskovich, Episcopus Crisiensis Ritus Rutheni seu Graeci, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit: quod ob varias temporum circumstantias nondum potuerit ut decet construere ecclesiam Cathedralem ad quam nuper est a S.te V.ra promotus, habeat tamen Oratorium seu Capellam publicam in Residentia sua Ep.pali, decenter ornatam et commodam ad exercenda Sacra Ordinis sui Officia, sed cum dubitet, num etiam in eodem Oratorio possit feria quinta Majori juxta ritum suum sacrum Chrismatis oleum conficere, quae S. Functio non cum tantis caeremoniis in ritu Graeco perficitur ac in Ritu Latino, aliunde vero non sine gravissimo incommodo et ob provectam aetatem, et ob suae Dioecesis Parochialem, in qua antea hanc Sacram functionem obire solebat, humillime itaque S.ti Vestrae supplicat pro dispensatione perficiendi Sacri Chrismatis consecrationem in supradicto Oratorio usque ad perfectam suae Cathedralis perfectionem.

Quam gratiam, etc. ...

(f. 51v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Basilio Bosiskovich, Episcopo Crisiensi Ritus Rutheni.

Ex Audientia Ss.mi 21 Februarii 1779:

Ss.mus etc. Pius VI, attentis peculiaribus circumstantiis, benigne annuit pro gratia ad quinquennium.

S. Borgia, Sec.rius.

289.

28. II. 1779.

Indulgentia plenaria in Eparchia Berestensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 65 e 72v.

Udienza 28 febbraio 1779.
Beatissime Pater.

Ecclesia Parochialis Podbielscensis R. G. U. Dioecesis Brestensis, devota Sanctitatis Vestrae Oratrix, recurrendo supplicat quam humillime pro benigna elargitione Indulgentiae Plenariae in perpetuum in Festis: Praesentationis B. M. Virginis Mariae, et Exaltationis Ss.mae Crucis, a Christifidelibus lucrandae.

Quam...

(f. 72v) Ss.mo D.no N.ro Div.na Providentia PP. Pio VI.

Pro Ecclesia Podbielsensi Dioecesis Brestensis in Polonia.

Ex Audientia Ss.mi 28 Februarii 1779:
Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Sec.rius.

290.

1. VIII. 1779.

Pro facultate eliciendi professionem monasticam extra domum novitiatus.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 127 e 139v.

Udienza 1 agosto 1779.
B.me Pater.

Porhyrius Skarbek Wazinski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Protoarchimadrita, S.tis V.rae humillimus Orator, cum profundo obsequio supplicat pro facultate dispensandi cum Pachomio Piotrouski, sacerdote septuaginta quatuor annorum aetatis suae, ut Professionem Religiosam elicere possit in Monasterio Zahoroviensi, in quo jam et annum probationis adimplevit; idque ex causa quia modo dictum Monasterium non est ex iis quae per Constitutiones et Decreta Apostolica sunt pro Novitiatu destinata, nimis vero vir senio confectus contristaretur, si aliter ad Professionem Religiosam admitti non posset, nisi denuo annum probationis in Monasterio destinato inchoare cogeretur.

Quam gratiam, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita die 1 Augusti 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI, attentis expositis, preces benigne remisit arbitrio, et conscientiae R. P. Proto-Archimandritae, cum facultatibus necessariis atque opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sac. Cong.nis de Prop. Fide, die 7 Augusti 1779.

Stephanus Borgia, Sec.rius.

291.

8. VIII. 1779.

Pro facultate altaris privilegiati.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 146 e 157v.

Udientia 8 agosto 1779.
B.me Pater.

Lucidus Woynilowicz, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum, Abbas Trocensis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Altari portatili seu ut juxta Ritum Ruthenum super antimensio celebrare valeat in domibus privatis, ubi desunt ecclesiae publicae, vel non sine magno incommodo adiri possunt, in privatis vero Oratoriis non obstante praecepto de non dicenda altera Missa possit alteram celebrare. Orator enim ob varias causas suae Abbatiae et Officii consultoris

obligatur suscipere non raro longum iter per Lithuaniam et Poloniam, maxime vero per Provincias, ubi rarae sunt catholicae ecclesiae.

Quam gratiam etc. ...

(f. 157v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Lucido Woynilowicz, Ord. S. Basilii M. Abbate Trocens.

Ex Audientia Ss.mi 8 Augusti 1779: Pro gratia ad quinquennium.

Steph. Borgia, Sec.rius.

292.

8. VIII. 1779.

De Missa celebranda in oratoriis privatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 146 e 156v.

Udienza 8 agosto 1779.

B.me Pater.

Florianus Hrebnicki, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Provinciae Lithuanae Sacerdos, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, quod per Lithuaniam, Russiam Albam et Poloniam, ex Superiorum dispositione, saepe numero iter peragat, quibus locis aut nullae aut longe distantes sunt ecclesiae publicae; Orator itaque ut devotioni suae et praecepto Ecclesiae satisfacere possit, humillime S.ti V.rae supplicat ut in Oratoriis privatis, non obstante prohibitione de non dicenda secunda Missa, dicere possit secundam Missam, et in locis, ubi ea desunt, et ecclesiae longinque sunt, possit etiam in privatis sed honestis domibus super antimensio juxta Ritum Ruthenum Missam dicere etiam diebus festis.

Quam gratiam, etc. ...

(f. 156v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Ex Audientia Ss.mi 8 Augusti 1779: Pro gratia ad quinquennium.

Steph. Borgia, Secr.rius.

293.

15. VIII. 1779.

Pro altari portatili.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 166 e 181v

Udienza 15 agosto 1779.

B.me Pater.

Gedeon Haiewski, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Sacerdos, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Altari portatili seu pro licentia dicendi Missae sacrificium etiam in privatis domibus, super antimensium, juxta suum ritum, ubi desunt ecclesiae publicae. Orator enim ex officio suo tenetur non raro ad longum iter perficiendum per Provincias Poloniae et Lithuaniae, ubi sunt rarae Catholicae Ecclesiae vel etiam multum distant.

Quam gratiam, etc. ...
(f.181v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.
Pro Gedeone Haiewski, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum.
Ex Audentia Ss.mi 10 Augusti 1779: Pro gratia ad quinquennium.

Steph. Borgia, Sec.rius.

294.

15. VIII. 1779.

Indulgentia plenaria pro parochia Wolosoviensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 176 e 177v.

Udienza 15 agosto 1779.
Beatissime Pater.

Ecclesia Parochialis R. G. U. Wolosowiensis Dioecesis Polocensis, S.tis V.rae devota Oratrix, recurrendo supplicat pro benigna concessione Indulgentiae Plenariae in perpetuum pro diebus: Nativitatis B. V. Mariae, uti tituli dictae ecclesiae, et Ascensionis in Coelum ejusdem Deiparae, a Christifidelibus lucranda, quibus Festis magnus fidelis populi concursus ad praefatam Ecclesiam fieri consuevit.

Quam, etc. ...
(f. 177v) Ss.mo D.no N.ro D.no Div.na Providentia PP. Pio VI.
Pro Ecclesia Parochiali R. G. U. Wolosowiensi, Dioecesis Polocensis.
Ex Audientia Ss.mi 15 Augusti 1779: Pro gratia, ut in peculiari rescripto separatim expedito.

Steph. Borgia, Sec.rius.

295.

15. VIII. 1779.

De facultate sumendi Sacramenta in Ritu Latino, servato Graeco.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 184 e 192v.

Udienza 15 agosto 1779.
Beatissime Pater.

Joannes Posnawski, laicus dioecesis Helmensis, ad praesens in Dioecesi Premisliensi ad Aulam latini Domini commorans, summum animae patitur taedium, graveque spirituale damnum ex eo, quod cum Ritum Graecum Latino Unitum occulte servet et profiteatur maneatque in tali loco et civitate, ubi sui ritus Presbyteri prope non dantur, sed usque ultra milliare Polonicale, non absque suspicione divagationis cujuspiam et periculo male merendi de Domino suo, quaerendi adeundique essent, destitutus est modo sumendi Sacram Eucharistiam more Graecorum in fermentato. Nam si se propalaret esse Ritus Graeci plus quam certum est ab omnibus fere sui quasi domicilii personis communi odio, a nonnullis jurgiis, comtemptu varioque persecutionum ac vilipensionis genere urgi ac per consequens etiam loco seu officio

suo, quod modo possidet, non absque gravi detrimento cedere privarique deberet. Igitur non ex comtemptu aliquo ritus sui, omnino (f. 184v) enim est obediens suae Ecclesiae, sed ob vitandum tam spirituale, quod sibi plurimi aestimat, quam temporale praettactum damnum, tum etiam ob alias multas non leves circumstantias, ac rationes, provolutus ad plantas Sanctitatis Vestrae unum ex his postulat instantissime: vel ut cum illo dispesentur, eum ad effectum ut ei liceat eligere quemcumque Sacerdotem latinum in Confessarium sibi, Sacramque Eucharistiam quovis, etiam Paschali tempore, tum maxime in mortis articulo more Latinorum, scilicet in azymo sumere, idque sine mutatione Ritus Graeci, et tamdiu donec ad Aulam sui moderni Principalis extiterit, seu verius donec necessariam ejusmodi dispensationem etiam ad aliam Aulam existens sibi esse viderit, aut etiam, ut ei libere quovis tempore transitus fiat de suo Ritu ed Latinum amplectendum. Primum nihilominus petitum, ex quo Orator nondum est in certo vitae statu, magis desideratur suo effectu coronandum.

Quam gratiam ...

(f. 193v) Ss.mo D.no N.ro Papae Pio VI.

Pro Joanne Posnawski, Polono.

Ex Audientia Ss.mi, habita die 15 augusti 1779:

Ss.mus annuit pro gratia petiti transitus ex ritu Graeco ad ritum Latinum, servato tamen in omnibus Latino ritu, et absque spe redeundi ulterius ad Graecum.

296.

15. VIII. 1779.

Pro dispensatione in secundo gradu affinitatis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 185 e 191v.

Udienza 15 agosto 1779.

Joannes dictus Naxomow et Xenia ex dioecesi Polocensi, pauperes S.tis V.rae humillimi Oratores, qui recenter ex schismate conversi, ignorantes de impedimento canonico, in secundo affinitatis gradu secum contraxerunt, quod postquam resciverit loci Ordinarius, Archiepiscopus Polocensis, cohabitationem inter ipsos matrimonialem interdixit, ac separationem injunxit; quia vero aegre nimis id ferunt dicti Oratores, ut divortii sententiam subeant, hinc recurrendo ad S.tem V.ram supplicant quam impensissime, quatenus Beatitudo Vestra, tanquam Pater misericors benigne cum ipsis velit dispensare, atque a praemisso impedimento absolvere.

Quam etc...

(f. 191v) Ex Audientia Ss.mi, habita die 15 Augusti 1779: Ss.mus benigne annuit, prout in Audientiae folio separatim expedito.

297.

15. VIII. 1779.

Facultas cumulandi beneficia in bonum Unionis.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, fol. 187.

Udienza 15 agosto 1779.
B.me Pater.

Alexander Korzow, Presbyter saecularis R. G. U. Dioecesis Polocen., S.tis V.rae humillimus Orator, recurrendo exponit qualiter ipse ad ecclesiam Parochialem Chominscensem, in Dioecesi Polocensi, quae nunc est sub Moschorum regimine, vacantem, non adeo pridem ex schismate S. Romanae Ecclesiae unitam, a legitimis Patronis praesentatus exstitit; quia vero ad eandem institui non potest obstante alio beneficio Curato Tuchinensi, quod canonice possidet, et bonum dictae ecclesiae Chominscensis exigit, ut ad praeservandum eam a schismatis periculo hic Orator ad praefatum introducatur locum, qui aliunde ob exiguitatem redditiuum non sufficit ad alendum Parochum specialem, hinc supplicat S.ti V.rae quam impensissime idem exponens pro gratia dispensationis Aplicae, quatenus nempe et ad ecclesiam Chominscensem institui et Beneficium Tuchinense, benignitate S.tis V.rae, retinere insimul recurrere valeret, ob cujus rei gratiam producit hic et attestatum Officii Polocensis, quod exponentis narrata adaequate comprobat.

Quam...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sacrae Cong.nis de Propag. Fide Secretarium, die 15 Augusti 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI, attentis expositis, preces benigne remisit arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis et opportunis, quatenus Orator, retenta Parochiali Ecclesia Tuchinensi ad alteram Chomiscensem institui possit et valeat, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum Romae, ex Aedibus dictae S. Congregationis die 21 Augusti 1779.

298.

22. VIII. 1779.

Facultas dispensandi cum bigamis pro Eparchia Volodimiriensi

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 196rv.

Udienza 22 agosto 1779.
B.me Pater.

Simeon Mlocki, Ep.pus Wladimiriensis et Brestensis Ruthenus, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro facultate dispensandi cum bigamis, stantibus enim his in Regno Poloniae circumstantiis Orator premitur necessitate promovendi ad Ordines Sacros etiam Bigamos, aliunde dignos et capaces, quorum numerus in praesentiarum ad duodenarium ascendit.

Quam gratiam, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita die 22 Augusti 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI, attentis expositis, Oratori benigne concessit facultatem dispensandi super irregularitate ob bigamiam incursam cum duodecim suis dioecesanis Ritus Graeci Uniti sive ad Sacros Ordines promotis, sive promovendis, et ita, ut sic dispensati ad beneficia etiam Curata promoveri possint, quatenus idonei reperiantur, ac dummodo non adsit scandalum; praefata autem (f. 196v) facultate

parce utatur, et gratis omnino hujusmodi dispensationes concedantur, alias nullae sint, ac prorsus irritae, super quibus ejusdem E.pi conscientia stricte oneratur.

Datum, etc..

Steph. Borgia, Sec.rius.

299.

22. VIII. 1779.

Absolutio ab irregularitate ex apostasia contracta.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 198 e 201v.

Udienza 22 agosto 1779.

B.me Pater.

Paulus Garnazewski, Ruthenus Dioecesis Metropolitanae Kioviensis, humillimus S.tis V.rae Orator, provolutus ad pedes S.tis V.rae humillime exponit, quod ille ex parentibus Catholicis natus et in Religione Catholica educatus, abea apostataverit ad non Unitos Moldavos, ubi et Ordines Sacros etiam Presbyteratus a non Unito E.po Moldavo recepit 1778 anno. Divina tamen Misericordia tactus, redivit in Poloniam et sese Vicario Gen.li in spiritualibus Metropolitani Russiae praesentavit, in cujus manibus Professionem fidei juxta formam ab Urbano VIII praescriptam emisit, omnesque errores abjuravit, et sic ab eodem est absolutus ab Apostasiae censuris et excommunicatione, pro absolutione vero, seu dispensatione ab irregularitate ad quem de jure remisit. Orator itaque humillime supplicat remitti ad modernum Administratorem Metropoliae pro reportanda supradicta absolutione ab irregularitate, quando per litteras authenticas seu dimissoriales de ordinatione docuerit et non aliter.

Quam gratiam, etc...

(f. 201v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Paulo Garnazewski, Sacerdote Rutheno.

Ex Audientia Ss.mi D.ni N.ri Pii PP. VI, habita per me infr.tum S. Cong.nis de Prop. Fide Secretarium, die 22 augusti 1779:

Ss.mus O.ris preces benigne remisit arbitrio loci Ordinarii, cum facultatibus necessariis, et opportunis quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus praedictae Sac Cong.nis, die 28 eiusdem mensis et anni.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

300.

22. VIII. 1779.

Absolutio ab irregularitate ex apostasia contracta.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 199-200v.

Udienza 22 agosto 1779.

B.me Pater.

Josephus Butanowitz, Ruthenus Dioecesis Metropolitanae Kioviensis, humillimus S.tis V.rae Orator, provolutus ad pedes S.tis V.rae cum profundissimo obsequio

exponit, quod ille natus ex parentibus Catholicis et in Religione Catholica educatus ab eadem descivit ad Moldavos non Unitos, ubi et sacros Ordines, etiam Prebyteratus, a non unito cum Ecclesia Romana Episcopo recepit die 16 septembris anno 1778. Sed eodem anno, Divina Misericordia tactus, redivit in Poloniam et in manibus Vicarii Generalis Metropolitani Russiae Professionem Fidei, juxta formam ab Urbano VIII praescriptam, emisit, obedientiamque Metropolitano Russiae iuramnento comprobavit, a quo ab Apostasia a religione, censuris et excommunicatione est absolutus; humillime itaque Orator supradictus S.ti V.rae supplicat pro absolutione ab irregularitate, pro qua obtinenda remitti poterit ad modernum Administratorem, Metropoliae, imponendo ei onere, ut doceat per litteras authenticas dimissoriales de sui ordinatione et non aliter.

Quam, gratiam, etc. ...

(f. 200v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Josepho Butanowicz, Sacerdote Rutheno.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me inf.riptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secr.rium, die 22 Augusti 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius VI. Oratoris preces benigne remisit arbitrio loci Ordinarii cum facultatibus necessariis et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus dictae S. Cong.nis, die 28 ejusdem mensis et anni.

Stephanus Borgia, Secr.rius.

301.

22. VIII. 1779.

Pro facultate dispensandi ab impedimento bigamiae pro Eparchia Luceoriensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 205 e 214v.

Udienza 22 agosto 1779.

B.me Pater.

Cyprianus Stecki, Episcopus R.G.U. Luceoriensis, devotus S.tis V.rae Orator, exponit, qualiter ei benignitate S.tis V.rae concessum fuit, ut cum decem dioeceseos suae bigamis ad Sacros Ordines adspirantibus hac ut praefertur facultate delegata dispensare posset. Cum vero, Pater Sancte, dictus dispensationum numerus jam emensus sit, et vastae nimis suae dioeceseos ratio ferat, ut quandoque ex defectu aliorum Bigami se offerant, qui ad suscipiendos Sacros Ordines et exercendam curam animarum se exhibeant, ideo recurrendo ad B.nem V.ram idem Orator supplicat humiliter, quatenus prosequendo cum singularis gratiae favore, eamdem facultatem Sanctitas V.ra benigne producere velit, atque huic O.ri permittere, ut cum similibus impedimento bigamiae verae ligatis ad praedictum effectum dispensare de Indulto S.tis V.rae valeat.

Quam, etc. ...

(f. 214v) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Episcopo R.G.U. Luceoriensi.

Ex Audentia SS.mi die 29 Augusti 1779:
Ss.mus facultatem, de qua in precibus, denuo concessit pro decem bigamis.
S. Borgia, Secr.rius.

302.

12. IX. 1779.

Indulgentia plenaria pro festo XL Martyrum in monasteriis Basilianorum.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 219 e 231v.

Udienza 12 settembre 1779.
B.me Pater.

Procurator Gen.lis Ord. S. Basilii Mag. Cong.nis Ruthenorum, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia Plenaria perpetua in die sacra SS. Quadraginta Martyrum Sebastenorum, seu nona martii, per universa Congregationis suae Monasteria tam Monachorum quam Monialium, quia erga supradictos Sanctos Monachi Basiliani peculiarem fovent devotionem, ad ecclesiasque suas die horum SS. conspicuum devoti Populi habent concursum.

Quam gratiam...

(f. 231v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Proc.re Gen.li Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum.

Ex Audientia Ss.mi die 12 Sept. 1779:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Sec.rius.

303.

19. IX. 1779.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 240.

Udienza 19 settembre 1779.
B.me Pater.

Joannes Strzelbicki, Ruthenus Dioecesis Kioviensis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit se esse praesentatum a legitimis Patronis ad beneficium Curatum, sed quia ei obest vitium bigamiae verae, duas enim duxit in uxorem virgines, humillime itaque supplicat S.ti V.rae pro dispensatione a tali bigamia.

Quam gratiam, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infr.ptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 19 Sept.:

Ss.mus D.nus N.r Pius div. provid. PP. VI benigne remisit O.ris preces arbitrio Ordinarii, cum facultatibus necessariis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum, etc. ...

S. Borgia, Sec.rius.

304.

19. IX. 1779.

Facultas ascendendi Ordines sacros non obstante professione monastica in classi laicali.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 241.

Udienza 19 settembre 1779.
B.me Pater.

Theodosius Rostocki, Ord. S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Provinciae Lituanae Provincialis, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro facultate dispensandi cum duobus suis Monachis Professis, ut non obstante, quod juxta constitutiones Ordinis elicuerint Professionem laicalem cum voto non ambiendi Ordines Sacros, ad eosdem proomveri possint, quorum sunt capaces; notabilem siquidem in Theologia Morali progressum fecerunt, quorum nomina sunt sequentia: Methodius Pukszta et Joachim Pietuch, uterque Ordinis Basiliani et Provinciae Lituanae.

Quam gratiam ...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infr.ptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 19 Septembris 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI. benigne annuit pro petita facultate, (f. 241v) quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus praed.ae S. Cong.nis die 25 sept. 1779.

S. Borgia, Sec.rius.

305.

22. IX. 1779.

Indulgentia plenaria pro ecclesia Kosporiensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 220 e 230v.

Udienza 22 settembre 1779.
B.me Pater.

Ecclesia Parochialis R. G. U. loci Kosporiensis dicti, Dioecesis vero Halicien. unitae Leopoliensi, sub titulo SS. Trinitatis existens, devota S.tis V.rae Oratrix, supplicat pro benigna concessione Indulgentiae Plenariae in perpetuum valiturae die Immaculatae B. M. V. Conceptionis, a Christifidelibus lucrandae, qua festivitate magnus Populi concursus ad praefatum locum confluere solet.

Et Deus...

(f. 230v) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Ecclesia Parochiali R. G. U. Kosporiensi.

Ex Audientia Ss.mi 22 Sept. 1779:

Pro gratia, ut in particulari rescripto, separatim expedito.

Steph. Borgia, Sec.rius.

306.

22. IX. 1779.

Indulgentia plenaria pro ecclesia in Czernavka.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 221 e 229v.

Udienza 22 settembre 1779.
B.me Pater.

Parochus Ruthenus Ecclesiae Parochialis loci Czernawka, Dioecesis Metropolit. Kioviensis, tituli S. Demetrii Martyris, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio supplicat pro Indulgentia plenaria perpetua ad suam ecclesiam pro festo S. Demetrii Martyris, quod a Ruthenis vigesima sexta Octobris celebratur et pro alia die a loci Ordinario designanda.

Quam gratiam...

(f. 22v) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Parocho Rutheno Loci Czernawka, Dioecesis Kioviensis.

Ex Audientia Ss.mi 22 Sept. 1779:

Pro gratia, ut in particulari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Secr.rius.

307.

22. IX. 1779.

Indulgentia plenaria pro ecclesia in Rostocze.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 223 e 227v.

Udienza 22 Settembre 1779.
B.me Pater.

Ecclesia Parochialis R. G. U. Rostociensis, Dioecesis Haliciensis, sub invocatione S. Michaelis Archangeli existens, devota S.tis V.rae Oratrix, supplicat concedi benigne Indulgentiam Plenariam in perpetuum a Christifidelibus festo Translationis Corporis S. Nicolai Episcopi (celebri in Ritu Rutheno) lucrandam.

Quod Deus, etc. ...

(f. 22v) Ss.mo D.no N.ro Divina Providentia PP. Pio VI.

Pro Ecclesia Parochiali R. G. U. Rostocensi.

Ex Audientia Ss.mi 22 Sept. 1779:

Pro gratia, ut in particulari rescripto, separatim expedito.

S. Borgia, Sec.rius

308.

21. XI. 1779.

Absolutio ab irregularitate ex defectu aetatis proveniente.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 287rv.

Udienza 21 novembre 1779.
B.me Pater.

Stephanus Kolodkievicz, ex Dioecesi R. G. U. Chelmen., devotus S.tis V.rae Orator, exponit: qualiter ipse adspirando militiae ecclesiasticae adscribi, post completa in Seminario Dioecesano Chelmensi studia ad Sacros Ordines promoveri, et Beneficio Curato in praedicta Dioecesi promoveri curavit, fultus testimonio hominum suorum natalium memorum, de legitima et a SS. Canonibus praescripta ad praedictum effectum aetate adseverantium, cum aliunde documentum libri matrices invenire non potuit, neque a parentibus edoceri de reali annorum suorum numero. Quia vero idem Or. mox ac Officio Ordinarii innotuit illum sacris fuisse initiatum, dum vix 22 annos ageret, ex Decreto hujusce Officii pro suspenso et ab exercitio dictorum Ordinum pro irregulari declaratus exsistit, necnon Beneficio, ad quod se installari curavit privatus remansit, hinc recurrendo ad sinum paternum S.tis V.rae supplicans implorat quam humillime, quatenus de speciali gratia Beatitudinis V.rae a taliter incursis censuris liberari, necnon Apostolica dispensatione super praedicto aetatis defectu benigniter muniri possit, ad effectum retinendi obtentum a se d.m Beneficium, in eoque sacra munia valide et licite obeundi.

Et Deus...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infi.tum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 21 Novembris 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI preces benigne remisit arbitrio loci Ordinarii, cum facultatibus necessariis atque opportunis, absolvendi O.rem ab omni irregularitate et suspensione, ut supra, contracta; necnon ipsum rehabilitandi ad exercitium Beneficii Curati, non obstante defectu aetatis, aliisque in contrarium quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus praefatae Sac. Cong.nis, die 27 praedicti mensis et anni.

S. Borgia, Secr.ius.

309.

21. XI. 1779.

Altare privilegiatum in ecclesia Jaroslaviensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 284 e 292v

Udienza 21 novembre 1779.
B.me Pater.

Rector Ecclesiae Ruthenae parochialis et Collegiatae Transfigurationis D.ni Civitatis Jaroslavien., Dioecesis Premislien., humillimus S.tis V.rae O.r, cum profundissimo obsequio supplicat pro altari privilegiato in perpetuum B. Mariae Virginis Thaumaturgae in mododicta ecclesia exsistente; gratia enim quam a Praedecessore S.tis V.rae Orator obtinuit ad decennium jam desinit.

Quam gratiam, etc. ...

(f. 292) Ss.mo D.no N.ro PP. Pio VI.

Pro Rectore Ecclesiae Jaroslavien., Dioecesis Premisliensis, Rutheno.

Ex Audientia Ss.mi 21 Novembris 1779:
Pro gratia, ut in peculiari rescripto separatim expedito.

S. Borgia, Sec.rius

310.

26. XI. 1779.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 286.

Udienza 26 novembre 1779.
B.me Pater.

Constantinus Kamocki, R. G. U. ex Dioecesi Metropolit. Kioviensi, devotus S.tis V.rae O.r, reccurrendo exponit, qualiter ipse pia intentione ad Sacros Ordines promoveri adspirat verum ad matrimonium contrahendo viduae se junxit, propter quod impedimento bigamiae intepretativae se innodavit; hinc supplicat S.ti V.rae quam impensissime, quatenus B.do V.ra ab hoc impedimento O.rem benigne liberare dignetur, ad effectum assequendi sacros Presbyteratus Ordines.

Et Deus, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infrascriptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 21 Novembris 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI, O.ris preces benigne remisit arbitrio loci Ordinarii, cum facultatibus necessariis atque opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus praef. Sac. Cong.nis, die 29 praedicti mensis et anni

S. Borgia, Sec.rius.

311.

28. XI. 1779.

Reductio Missarum in favorem monasterii Lubicensis exstruendi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 310rv.

Udienza 28 novembre 1779.
B.me Pater.

Josaphat Ochocki, Ordinis S. Basilii M. Cong.nis Ruthenorum Provinciae Polonae Monasterii Lubicensis, ad Moschos et Moldavos in Ukraina situati, publicas quoque scholas habentis, quibus maxime propagatur Sacra Unio, Rector, humillimus S.tis V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, Monasterium supradictum Lubicense inchoasse ex necessitate fabricam, quam ob depauperationem variis accidentibus etiam contributionibus publicis minime prosequi valet, humillime itaque Orator supplicat S.ti V.rae pro gratia, ut durante hujusmodi fabrica stipendium pro Missis manualibus adventitiis reducere possit ad duos florenos polonos pro una Missa; solitum siquidem pro Missa stipendium in Polonia est unus florenus polonus, aequivalens duodecem obulis romanis.

Quam gratiam, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infr.tum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 28 Novembris 1779:

(f. 310v) SS.mus D.nus N.r Pius PP. VI, attentis peculiaribus circumstantiis, benigne indulsit, ut Orator, durante praefatarum aedium constructione, eleemosynam duorum florenorum Poloniae pro qualibet ex Missis privatis adventitiis accipere possit, et valeat, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus ejusdem Sac. Cong.nis die 1 Decembris 1779.

Stephanus Borgia, Sec.rius.

312.

28. XI. 1779.

Reductio Missarum in Monasterio Lubicensi.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1779, vol. 17, ff. 311rv.

Udienza 28 novembre 1779.

B.me Pater.

Josaphat Ochocki, Ord. S. Basilii M. Ruthenorum Cong.nis Provinciae Polonae Monasterii Lubicensis in Ukraina ad Moschos et Moldavos situati ac publicas scholas habentis Rector, humillimus S.ti V.rae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, mododictum Monasterium ob penuriam Sacerdotum aliasque calamitates quibus premitur, sexcentas missas pro manuali solita eleemosyna non dixisse neque posse dicere impraesentiarum; humillime itaque Orator supplicat S.ti V.rae pro reductione seu absolutione a supradictis Missis, quibus aliter satisfacere nequit, ob maximam his calamitosis temporibus indigentiam, alioquin succumberet cum evidentissimo S.ae Unionis dammo in Ukraina.

Quam gratiam, etc. ...

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infr.ptum Sac. Cong.nis de Propaganda Fide Secretarium, die 28 Novembris 1779: (f. 311v) Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI, attentis expositis, benigne absolvit, ac dispensavit a celebratione praefati oneris 600 Missarum, cum obligatione celebrandi pro unica vice Missam unam, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ax aedibus ejusdem Sac. Con.gnis de Prop. Fide, die 1 Decembris 1779.

Stephanus Borgia, Sec.rius.

313.

28. XI. 1779.

Absolutio ab impedimento consanguineitatis

APF, *Udienze di N.ro Sig.re,* dell'anno 1779, vol. 17, ff. 312 e 320v.

Udienza 28 novembre 1779.

B.me Pater.

Thedorus dictus Okrymensev et Anastasia R.G.U. ex diocesi Kioviensi, pauperes S.tis V.rae humillimi Oratores, exponunt, quod cum praedictus vir primo voto in uxo-

rem habuerit Methaniam, quae attingebat Anastasiam in secundo affinitatis gradu lineae directae, illa tandem absque ulla prole mortua, duxit in vitae sociam Anasthasiam, ignorando de impedimento canonico intercedente ex praedicta inter mulieres consanguineitate, ex qua postrema et prolem suscepit. Quare comperto tali impedimento recurrunt ad S.tem V.ram O.res et quam impensissime supplicant, ut cum ipsis Beatitudo V.ra de gratia speciali in forma miserabilium (cujus paupertatis adducunt hic attestatum) clementer in praedictis dispensare velit, ad effectum manendi in sic contacto matrimonio licite et valide, necnon legitimandi prolem ab Oratoribus susceptam.

Et Deus...

(f. 319v) Ex Audentia Ss.mi, die 28 Nov.bris 1779:

Ss.mus concessit facultalem dispensandi infrascriptos O.res R.P.D. Administratori Dioecesis Kioviensis.

S. Borgia, Secr.rius.

314.

12. XII. 1779.

Absolutio ab impedimento bigamiae interpretativae.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 324 e 331v.

Udienza 12 dicembre 1779.

Eminentissimi Patres.

Basilius Birukowicz, ex Archidioecesi Metropolitana Kioviensi, recenter ex Disunione ad Unionem S.m conversus, aspiransque ad statum spiritualem, humillime implorat clementiae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, quatenus Sancta Sedes cum ipso dispensare dignetur super bigamia interpretativa, ex quo viduam in uxorem duxit.

Instat humiliter pro eo etiam Episcopus Pinscensis, qua Administrator Metropoliae Kioviensis et totius Russiae.

Pro qua gratia Deus...

(f. 331v) Sacrae Congregationi de Propaganda Fide.

Pro Basilio Birukowicz, ex Archidioecesi Metropolitana Kioviensi.

Ex Audientia Ss.mi 12 Decembris 1779:

Ss.mus etc. remisit preces arbitrio R.P.D. Administratoris Metropol. Kioviensis, cum facultatibus necessariis et opportunis.

S. Borgia, Secr.rius.

315.

24. XII. 1779.

Facultas divendendi utensilia et res mobiles ad exaedificandam ecclesiam in Dorohotiv.

APF, *Udienze di N.ro Sig.re*, dell'anno 1779, vol. 17, ff. 335 e 336v.

Udienza 24 dicembre 1779.

B.me Pater.

Parochus Rhutenus Ecclesiae Dorohotistensis, Dioecesis Wladimiriensis, humillimus S.tis Vestrae Orator, cum profundissimo obsequio exponit, se incepisse aedificare ecclesiam aliasque aedes sacras, quae ad ruinam propendebant, quae fabrica cum calamitosissimis his temporibus aliter continuari nequeat, nisi accedat beneplacitum S.tis V.rae et hujus S.tae Sedis, ad devendenda utensilia superflua, quaeque nulli jam sunt usui, multum tamen inceptae prodesse poterunt fabricae, pro quo beneficio reportando, si S.ti V.rae placuerit, Orator remitti desiderat ad suum loci Ordinarium, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Quam gratiam, etc. ...

(f. 336v) Ss.mo D.no N.ro Pio PP. VI.

Pro Parocho Rutheno Ecclesiae Dorohotistensis, Dioecesis Wladimiriensis.

Ex Audientia Ss.mi, habita per me infr.ptum Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretarium, die 24 Decembris 1779:

Ss.mus D.nus N.r Pius PP. VI preces benigne remisit arbitrio R.P.D. Archie.pi Chalcedonensis, Nuntii Apostolici in Polonia, cum facultatibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex Aedibus ejusdem Sac. Cong.nis, die 24 Decembris 1779.

Stephanus Borgia, Sec.rius.

INDICES

INDEX NOMINUM ET RERUM

R. P. Hlib G. Kinach, OSBM

Numeri referuntur ad paginas voluminis. Numeri signati « n » ad notas voluminis.

ABBAS 8. 145. - v. Basiliani.
ABBATIA v. Basiliani.
ABOLITIO Unionis 5-8. 10-14. 26. 30. 31. 35-37. 48. 50. 51. 56. 57. 60. 62. 68-71. 74. 75.
ABSOLUTIO v. apostasia, bigamia, excommunicatio, irregularitas, juramentum, reservata.
ACADEMIA v. Cracovia, Kiov.
ACATHISTON 169. 220.
ADMINISTRATOR Metropoliae 104. 190. 266.
ADRIANOPOLIS, op. 44n.
AETHIOPI 58.
AFFINITAS 225. 226. 256. 266. v. dispensatio.
AGRIA, dioec. 79. 110. 113. - Ep. 79. 113. 114.
ALBANI, Card. Joannes Franciscus 93. 94.
ALBANIA 138n.
ALBANUS, praelatus 89.
ALBERICI Marius, Secretarius Congr. Prop. F. 8. 11. 24. 78.
ALBITIUS, Card. Franciscus 8. 68. 84.
ALEMANI, milites 19.
ALEXANDRIA, op. 35 (Patriarcha).
ALICIENSIS (Haliciensis) ecclesia 82.
ALLATIUS Leo, scriptor 78.
ALTARE portatile 174. 183. 207. 223. 253. 254. - privilegiatum 165. 172. 173. 178. 200. 207. 208. 212. 213. 217. 218. 236. 237. 263.
ANGLIA (Inghilterra) 96. - Rex 40. 96.
ANNA S. 201.
ANTHIMENSION 174. 196. 223. 253. 254.
ANTICI, Marquese 146. 197.
ANTIOCHIA, Patriarcha 35. 44. 47. - Patriarchatus 108.
ANTONELLI Nicolaus, Secret. Congr. Prop. F. 137. 138.
ANTONIUS S., Abbas 201.
ANTONIUS Paduensis S. 228.
APOSTASIA 192. 214. 251. 258. 259. v. dispensatio.
ARCHIMANDRIA (Abbatia) v. Basiliani.
ARCHIMANDRITA 56. - v. Basiliani.
ARCHINTO Albericus, Nuntius Varsav. 124n. 132. 133. 134.
ARIANI 36. 37. 50. 56.
ARMENI 104. 105. 140. 150. 151. v. Leopolis, ritus.
ARON Petrus, Ep. Fogoraš. 130.
ARON Jacobus OSBM. 147.
ARTECKI Sylvester, OSBM 197. 198.
AUGUSTYNOWICZ Jacobus, AEp. Leopol. armenus 150.
AULA (Corte) v. Polonia.
AUSTRIA 56. 229.
AUGUSTUS, rex Polon. 101.
AUGUSTUS II, rex Polon. 107.

BACHRYNOWSKI Basilius, alumn. 230.
BAHRYOWNA Anna 140.
BALABAN Dionysius, Metropolita Kiov. schism. 6n.
BALASFALVA, monasterium OSBM 147. 148. 155. 159.
BALCEWICZ Athanasius, OSBM 85.
BALTICUM MARE 45.
BANCHIERI Antonius (Secret. Congr. Prop. F. 98.
BARAN Alexander, scriptor 79n.
BARBERINUS, Card. 8. 55.
BARLAAMUS, OSBM 148.
BARONIUS, Card. 69. 74.
BASILIANAE (Moniales Ord. S. Basilii M.) 177. 201. 209. 260.
BASILIANI (Ordo S. Basilii Magni, Congregatio Basiliana, Monachi rutheni, Padri rutheni, Religio S. Basilii) 12. 22. (Regolari). 80. 82. 85. 86. 88. 89. 91. 94. 97. 102-104. 108. 111-113. 117-120. 122-135. 138. 141. 143. 144. 149. 158. 159. 166-170. 172-179. 183. 185-190. 192. 193. 195-198. 200. 201-204. 207-209. 212-215. 217-221. 223-225. 229. 230. 232. 236. 241. 242. 243. 246-249. 251. 253-255. 260. 261. 264. - v. Hungaria, Croatia, Hispania, Italia, Melchiti. - Abbas 118. 120. 156. 166. 167. 182. 183. 186. 195. 207. 208. 239. 243. 253. 254. - Abbas coadiutor 243. - Abbatia 253. - Archimandria 87. 120. 128. - Capitulum generale 86. 111. 112. 128. 135. 149. 188. 201n. - Capitulum provinciale 188. 241. - Constitutiones 111. 112. 113. 168. - Consul-

tores generales 87. 112. 113. 126. 135. 253. - Dignitates 87. - Doctoratus 158. 159. - Generalis 112. 118. 119. 127. 128. 131. 148. - Laurea 158. 159. - Missionarii 174. 175. - Missiones 166. 167. 201. - Monasteria 100. 112. 118. 119. 120. 125-130. 134. 135. 138n. 141. 145. 158. 166-170. 173-175. 177. 183-186. 188-190. 193. 195. 196. 198. 207. 208. 213. 215. 220. 221. 223. 236. 241. 243. 246-249. 253. 254. 260. 264. v. Biala, Czereien., Dobromil, Hošča, Human, Jastvicen., Ladense, Laurišov, Leopolis: S. Georgii, S. Onuphrii, Leszczinen., Lublin, Lubicen., Luceoria, Mielec, Minsk, Onufrej, Ostrog, Poczajov, Roma, Rosan., Salvatoris, Suprasl, Torokan, Troky, Uniov, Vilno, Zahorov, Žolkiev, Žydyčyn, Žyrovice. - Novitiatus 253. - Procurator generalis 104. 111. 112. 119. 120. 123. 167. 177. 179. 201. 202. 209. 214. 215. 242. 260. - Professio 253. - Protoarchimandrita 86. 87. 91n. 103. 112. 118. 120. 126. 135. 149. 158. 186. 188. 192. 195. 207. 215. 221. 224. 232. 241. 246. 249. 253. - Provincia Lithuana 104. 112. 113. 122. 127. 128. 131. 132. 138. 188. 193. 207. 213. 214. 215. 246. 254. 261. - Provincia Polona 128. 149. 166. 172. 174. 185. 189. 195. 203. 207. 213. 215. 229. 251. 264. - Provincia Protectionis BVM. 167. 169. - Provincia Ruthena 112. 113. - Provincialis 111. 112. 113. 118. 125. 126. - Provincialis Provinc. Lithuanae 127. 144. 197. 198. 261. - Provincialis Provinc. Polonae 127. 128. 241. 251. - Scholae 173n. 174. 241. - Typographia 115. - Visitatio 86. 112. 113. 118.

BASILIUS S. 108.

BASILIUS, Imperator 59.

BASZUCKI Stephanus 165.

BEDEITOWICZ Theodorus 161.

BELEJEWICZ Joannes, sac. 111.

BELEJOVIENSIS Parochus 110.

BENEDICTIO Apostolica 164. 166. 238. - aquae 242. - in articulo mortis 218. 238. - crucis, numismatum, rosariorum 200. 218. 236. 237. 238.

BENEDICTUS XIII, Papa 104. 107.

BENEDICTUS XIV, Papa 111. 113. 117. 120. 126. 130. 132. 135. 138. 173.

BEREST (Brest), op. 20. 92. 136. 137. - Episcopatus 92. 93. 156. - Episcopus 142. - Unio 5n. 20.

BERESTEČKO (Berestesko) 14.

BERLO Arsenius, Ep. Mohilov. schism. 107n.

BHNAM Josephus, alumn. 125.

BIALA (Bila, Alba Ducalis) civ. 236. (monasterium OSBM).

BIALOVCE, villa 198.

BIBLIA manoscr. Siriaca 77.

BIBLIOTHECA Vaticana 89.

BIELAWSKI Nicolaus 224.

BIGAMIA 114. 153. 156. 157. 158. 160. 161. 162. 163. 165. 166. 172. 176. 180. 182. 183. 185. 187. 190. 191. 196. 197. 198. 199. 202. 203. 204. 205. 206. 208. 210. 211. 212. 216. 222. 223. 224. 226. 227. 229. 232. 234. 235. 237. 245. 249. 250. 251. 257. 259. 260. 264. 266. - v. dispensatio

BILOZOR Marcianus, Ep. Pinscen. 84n.

BILYNSKYJ Hipatius, OSBM. 118n. 119. 149.

BIRUKOWICZ Basilius 266.

BISKUPICZE, villa 240.

BLOZEW, loc. 234.

BOHEMIA 110.

BONESANA Franciscus, Theat. 90.

BORGIA Stephanus, Secret. Congr. Prop. F. 148. 150-160. 162-167. 170-183. 185-187. 189-192. 194-238. 241-246. 248-255. 258-267.

BOSISKOVICH Basilius, Ep. Crisen. 252.

BOZENKA, villa 240.

BRACLAV, op. 174.

BRANDEMBURGH 45. 50.

BRATKOWSKI Onuphrius, OSBM. 166. 167. 183.

BREST (Berest) civ. - dioec. 142. 161. 162. 184. 187. 192. 197. 199. 211. 229. 236. 244. 252. - Episcopus 92. 93. 156. 160. 162. 182. 187. 191. 197 211. 229. 239.

BREVE Pontif. 6. 7. 9. 13. 14. 16. 20. 22. 29. 30 33. 36. 51. 54. 58. 78. 81. 83. 85. 88. 89. 93. 95. 98. 102. 104. 107. 108. 111. 113. 126. 132.

BREVIARIUM 187. 219. - v. Officium Divinum.

BUCKILOWICZ, sac. 136.

BULHAK Georgius, Ep. Pinscensis 143.

BULLA 54. 92. 93. 103. 122. 123. 124. 125.

BUTANOWITZ Josephus 258. 259.

BYSTRZYCENSIS Commendatarius 236.

CALDEI 125.

CALOGERA Methodius, monachus graecus 105.

CALVINISTI 37. 50.

CAMENEC (Kamenec), decanus 217.

CANCELLARIUS Magnus v. Polonia

CANTELMI, Card. Jacobus 90.

CAPILLITIUM fictum 242.

CAPITULUM generale v. Basiliani. - provinciale 188. 241.

CARAFFA, Card. Carolus 84. 85.

CARAFFA Petrus, Ludovicus, Secret, Prop. F. 102.

CARDINALES 20. 35. 91. 95. 125. 146. 155. 168.

CARDINALIS S. Onofrio 125. - v. Barberinus Antonius sen.

CARDINALIS Praefectus Prop. F 142. 143. 144. 145.

CARMELITANI Discalceati 57. 104. 171. 172. 177.
CAROLUS VI, Imperator 147.
CASIMIRUS S. 36.
CASTELLI, Card. Josephus Maria, Praef. Prop. F. 144. 146. 170. 198. 207. 217. 221. 225. 241. 249.
CATHOLICI 7. 8. 9. 12. 13. 15. 30-33. 38. 39. 41. 55. 61. 65. 74.
CHALCEDONENSIS AEp. 225. 240. 241. 267. - Archetti Joannes Andreas.
CHARAICH Bernardinus 88.
CHELM, op. 15. 37. - Ep. lat. 10. 15. 28. 29. 44. 51. 52. 54. 80. 83. - Dioec. un. 45. 48. 51. 80. 90n. 91. 115. 139. 160. (Kelmensis). 255 (Helmensis). 263. - Ep. un. 22. 37. 87. 116. 160. 170. 171. 179n. 263. - Seminarium 263.
CHISIUS, Card. Sigismundus 8. 55.
CHMELNYCKYJ Bohdan, dux Cosacorum 6n. 44n.
CHOCIM, op. 148. 149. - Ep. graeco-valachus 148.
CHOMINSCENSIS ecclesia parochialis 527.
CHREPTOWICZ, comes 198.
CHRISMA 252.
CIMARRA, loc., Vicar. Gener. 93.
CISTERCIENSES 8. 26.
CITTÀ di SINAI 146.
CLEMENS VIII, Papa 48. 74. 75. 82. 92. 93. 103. 122. 123. 124.
CLEMENS XI, Papa 101.
CLEMENS XIII, Papa 139. 140. 141. 142. 144. 146. 155. 164.
CLEMENS XIV, Papa 149. 150. 151. 154. 155. 156. 157. 158. 160-167. 169-183. 247.
CLERUS Saecularis Ruthen., 93. 119. 129. 130. 132. 133. 134. 136.
COADIUTOR Metropolitae Ruthen. 81. 82. 103. 118n. 122. 124. 138. 141. 142. 145. 146 235n.
COLLEGIUM 38. - v. Leopolis, Roma, Vienna, Wilno.
COLONITZ, Card. Leopoldus Carolus 89. - v. Kollonitsch.
COMITIA Gener., v. Polonia
COMO, Card. 78.
COMPLETORIUM 243.
CONCILIA 7.
CONCILIUM Florentinum 35. 48 (Synodus). 77. - Lugdunense 151. — Tridentinum 147.
CONFRATERNITAS Stauropigiana Leopoliensis 95. 129. 130. 132. 133. 134.
CONGREGATIO de Propaganda Fide 27. 55. 66. 75. 77. 82. 84-88. 90-98. 101-103. 106. 109-114. 121. 122. 127. 128. 132. 136. 138. 139. 144. 147. 149. 151. 168. 172. 184. 187. 190. 197. 213. 214. 216. 227. 240. 266.
CONGREGATIO Episcoporum et Regularium 114.
CONGREGATIO S. Officii 8. 55. 84. 96. 103. 114. 139. 148. 151. 175.
CONGREGATIO Particularis 8. 11. 54. 55. 81. 84. 85. 88. 89. 91. 96. 103. 118. 125.
CONGREGATIO (mariana) studentium in Human 173.
CONGRESSUS Unitorum et Schismaticorum 6. 9. 10. 12. 15. 17. 22. 27. 34-37. 39. 44. 47. 51. 52.
CONSECRATIO Ep. graeci 94. - Ep. Uniti 97. 110.
CONSISTORIUM 92. 93. 102. 118. 141.
CONSTANTINOPOLIS 35. - v. Patriarcha
CORSARI christiani 105.
CORZKIEWICZ Constantinus 158.
COSACHI (Cosaci) 5n. 6. 7. 9-15. 17. 18. 26. 29. 35-46. 48-51. 53-63. 65. 71. 74. 78. 79. - v. pax.
CONSTANTINI Onofrio, Msr. 94.
CRACOVIA, op. 13. 37. 45n. 57. - Academia 37. - Ep. 13. 15. 17. 18. 35. 38. 42. 43. 47. 57. 59. 60. 63. - dioec. 170.
CRESTOVIENSIS rector eccles. 228.
CRISIENSIS Ep. un. 252.
CROATIA 86n. 96. 213. - Basiliani 84. 86. 89.
CUIAVIA, Ep. 63n.
CZABOUSZKY Joannes 113. 114.
CZACKI Felix, comes 178. 183.
CZAMBULOWSKI Merkurij, sac. 218.
CZAPLIC Theophilus 125.
CZARTORYSKI Federicus Michael, Cancell. M. Lithuaniae 131. 132.
CZECZKOWSKI Justinus OSBM 193.
CZERNISZEW, comes 184.
CZEREIENSIS Archimandrita OSBM 87.
CZERNAWKA, pag. 262.

DALMATIA 88n. - Basiliani 88. 93.
DANESI 56.
DANIA (Danimarca) 45. - Rex 40. 45.
DE CAMILLIS Josephus, Ep. Mukačov., 89. 98.
DE CAVALIERI Silvius, Secret. Prop. F. 101. 102.
DE CHOLTOVICE Catharina 225.
DE FLEURY, scriptor 175.
DEIMA, advocatus consistor. 212. 213. - Antonius, Franciscus, Josephus 212.
DE JATVIENGI Andreas 225.
DE ROSSI, Msr. 78.
DE RUBEIS, Msr. 55.
DIAETA v. Polonia
DIGNITATES monachorum 87.
DIONYSIUS Archidiaconus 152.
DIPLOMA VLADISLAI III. (pro Unitis) 48. 74. 77.
DISPENSATIO 83. 88. 105. 109. 118. 119. 140. 152. 194. 210. 252. - v. affinitas, apo-

stasia, bigamia, irregularitas, juramentum, Officium Divinum, transitus ad ritum, votum, 195.
DISSIDENTES 61. - v. Schismatici
